


491

ANTIQUAE BOEMIAE

USQUE AD EXITUM SAECULI XII.

TOPOGRAPHIA HISTORICA.

AUXILIANTE REG. SOCIETATE SCIENTIARUM BOHEMICA

EDIDIT

HERMENEGILDUS JIREČEK.



VINDOBONÆ — PRAGÆ.

F. TEMPSKY,
BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARUM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCXCIII.

Typis Societatis typographicae Moraviensis Brunae.

Pars prima.

I. Excerpta ex auctoribus graecis et romanis.

Orcynia, Hercynia silva.

Ac fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent, ultro bella inferrent, propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Itaque ea, quae fertilissima Germaniae sunt, loca circum Hercyniam silvam, quam Eratostheni et quibusdam Graecis fama notam esse video, quam illi Orcyniam appellant, Volcae Tectosages occupaverunt atque ibi consederunt. Quae gens ad hoc tempus his sedibus sese continet, summamque habet iustitiae et bellicae laudis opinionem. Nunc, quod in eadem inopia, egestate, patientia, qua (ante), Germani permanent, eodem victu et cultu corporis utuntur. Gallis autem provinciarum propinquitas et transmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque usus largitur, paulatim assuefacti superari multisque victi proeliis ne se quidem ipsi cum illis virtute comparant.

Huius Hercyniae silvae, quae supra demonstrata est, latitudo novem dierum iter expedito patet; non enim aliter finiri potest, neque mensuras itinerum noverunt. Oritur ab Helvetiorum et Nemetum et Rauricorum finibus, rectaque fluminis Danuvii regione pertinet ad fines Dacorum et Anartium; hinc se flectit sinistrorsus diversis ab flumine regionibus, multarumque gentium fines propter magnitudinem attingit; neque quisquam est huius Germaniae, qui se (aut audisse) aut adisse ad initium eius silvae dicat, cum dierum iter LX processerit, aut, quo ex loco oriatur, acceperit. Multaque in ea genera

ferarum nasci constat, quae reliquis in locis visa non sint; ex quibus quae maxime differant ab ceteris et memoriae prodenda videantur, haec sunt: Bos cervi figura, item quae appellantur alces, tertium genus eorum qui uri appellantur.

C. Julii Caesaris „Bellum Gallicum", ca. annum 51 ante Chr. conscriptum, lib. VI, cap. 24 et 25 (edit. Bern. Dinteri). — Eratosthenis Cyrenaici, nati anno 276, mortui anno 195 ante Chr., geographica rudimenta apud Strabonem et J. Caesarem. — Aristotelis (384—322) „Meteorologica" I. 13: *Ἐκ τῶν ὀρῶν τῶν Ἀρκυνίων.*

Hercynei saltus.

De transitu in Italiam Gallorum haec accepimus: Prisco Tarquinio Romae regnante Celtarum, quae pars Galliae tertia est, penes Bituriges summa imperii fuit; ii regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunaque cum sua tum publica praepollens, quod in imperio ejus Gallia adeo frugum hominumque fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur posse. Hic magno natu ipse iam exonerare praegravante turba regnum cupiens, Bellovesum ac Segovesum, sororis filios, inpigros iuvenes, missurum se esse in quas dii dedissent auguriis sedes ostendit: quantum ipsi vellent numerum hominum excirent, ne qua gens arcere advenientes posset.

Tum Segoveso sortibus dati Hercynei saltus; Belloveso haud paulo laetiorem in Italiam viam di dabant. Is, quod his ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos, Senones, Aeduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos excivit. Profectus ingentibus peditum equitumque copiis in Tricastinos venit. Alpes inde oppositae erant; quas inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulladum via, quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet, superatas. Ibi cum velut saeptos montium altitudo teneret Gallos, circumspectarentque, quanam per juncta caelo juga in alium orbem terrarum transirent, religio etiam tenuit, quod adlatum est, advenas quaerentes agrum ab Saluvium gente oppugnari. Massilienses erant ii, navibus a Phocaea profecti. Id Galli fortunae suae omen rati, adiuvere, ut quem primum in terram egressi occupaverant locum patentibus Saluvis communirent. Ipsi per Taurinos saltusque Juliae Alpis

transcenderunt, fusisque acie Tuscis haud procul Ticino flumine, cum in quo consederant agrum Insubrium appellari audissent, cognomine Insubribus pago Haeduorum, ibi omen sequentes loci condidere urbem; Mediolanium appellarunt.

Alia subinde manus Cenomanorum Etitovio duce vestigia priorum secuta eodem saltu, favente Belloveso cum transcendisset Alpes, ubi nunc Brixia ac Verona urbes sunt, locos tenuere. Libui considunt post hos Salluviique, prope antiquam gentem Laevos Ligures incolentes circa Ticinum amnem.

Poenino deinde Boii Lingonesque transgressi, cum iam inter Padum atque Alpes omnia tenerentur, Pado ratibus traiecto non Etruscos modo, sed etiam Umbros agro pellunt; intra Appeninum tamen sese tenuere.

Tum Senones, recentissimi advenarum, ab Utente flumine usque ad Aesim fines habuere.

Titi Livi „Ab Urbe condita libri“ ante annum 27 a. Chr. scripti.

Hercynia silva. — Buiaemum (*Βουίαιμον.*) **— Gabréta silva.**

Meridiem versus terra paulatim sese elevat et jugum montium format Alpis cohaerens, quod orientem versus tendit, quasi Alpium pars esset.

Hic etiam est Hercynia silva et gentes Suevorum, qui partim intra hanc silvam habitant. Apud quos etiam Buiaemum reperitur, regalis Marobodi sedes, in quem locum inter caeteros alios nominatim transtulerat et connationales suos, Marcomanos. (290).

At gentes Suevorum habitant, ut dictum, partim intra, partim extra silvam usque ad Getas. (290).

Hercynia silva est satis densa, magnis arboribus repleta, complectiturque locis natura firmis ambitum sat magnum; in cujus medio jacet terra bene inhabitabilis, de qua jam retulimus (290). Qui iter fecerit de Gallia ad silvam Hercyniam, ei primo lacum (Brigantinum) transire, postea Istrum trajicere oportet, ulterius per territoria jam facilius pervia, montanas planities peragrans, iter ad silvam continuare poterit.

Post Vindelicos sequuntur orientem versus Norici et solitudines Boiorum usque ad Pannones.

Est insuper altera magna silva, cognomento Gabréta, ex hac parte Suevorum; ex altera parte autem Hercynia silva; at et haec a Suevis occupatur. (299).

Refert etiam Posidonios (135–51 ante Chr.), Boios antea silvam inhabitasse Hercyniam, Cimbros autem, qui hucusque progressi fuerint, rejectos a Bois, Istrum et Scordiscos gallicos petivisse. (293.)

(Strabonis „Geographica" scripta anno circiter 20. a. Chr.)

Hercynia silva, Boihaemum.

II. 108. Nihil erat iam in Germania, quod vinci posset, praeter gentem Marcomanorum, quae Maroboduo duce excita sedibus suis atque in interiora refugiens incinctos Hercynia silva campos incolebat. Nulla festinatio huius viri mentionem transgredi debet. Maroboduus, genere nobilis, corpore praevalens, animo ferox, natione magis quam ratione barbarus, non tumultuarium neque fortuitum neque mobilem et ex voluntate parentium constantem inter suos occupavit principatum, sed certum imperium vimque regiam complexus animo statuit avocata procul a Romanis gente sua eo progredi, ubi cum propter potentiora arma refugisset, sua faceret potentissima. Occupatis igitur, quos praediximus, locis finitimos omnis aut bello domuit aut condicionibus iuris sui fecit.

109. Corpus suum custodientium imperium, perpetuis exercitiis paene ad Romanae disciplinae formam redactum, brevi in eminens et nostro quoque Imperio timendum perduxit fastigium, gerebatque se ita adversus Romanos, ut neque bello nos (lacesseret, et si) lacesseretur, superesse sibi vim ac voluntatem resistendi (ostenderet). Legati, quos mittebat ad Caesares, interdum ut supplicem commendabant, interdum ut pro pari loquebantur. Gentibus hominibusque a nobis desciscentibus erat apud eum perfugium, (in) totumque ex male dissimulato agebat aemulum; exercitumque, quem septuaginta milium peditum, quattuor equitum fecerat, adsiduis adversus finitimos bellis exercendo maiori quam quod habebat, operi praeparabat. Eratque etiam eo timendus, quod cum Germaniam ad laevam

et in fronte, Pannoniam ad dextram, a tergo sedium suarum haberet Noricos, tamquam in omnes semper venturus ab omnibus timebatur. Nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiam, quippe cum a summis Alpium iugis, quae finem Italiae terminant, initium eius finium haud multo plus ducentis millibus passuum abesset. Hunc virum et hanc regionem proximo anno diversis e partibus Tiberius Caesar adgredi statuit. Sentio Saturnino mandatum, ut per Cattos excisis continentibus Hercyniae silvis legiones Boiohaemum (id regioni, quam incolebat Maroboduus, nomen est), ipse a Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat, exercitum, qui in Illyrico merebat ducere in Marcomanos orsus est.

110. Rumpit interdum, (interdum) moratur proposita hominum fortuna. Praeparaverat iam hiberna Caesar ad Danubium admotoque exercitu non plus quam quinque dierum iter a primis hostium (aberat, legionesque quas) Saturninum admovere placuerat, paene aequali divisae intervallo ab hoste intra paucos dies in praedicto loco cum Caesare se iuncturae erant, cum universa Pannonia, insolens longae pacis bonis et adulta viribus, Delmatia omnibusque tractus eius gentibus in societatem adductis consilii, arma corripuit. Tum necessaria gloriosis praeposita, neque tutum visum abdito in interiora exercitu vacuam tam vicino hosti relinquere Italiam.

C. Vellei Paterculi „Historia romana", scripta ca. annum 30 post Chr., lib. II. (edit. Car. Halmii.)

Hercynius saltus, Hercynia silva, Hercynium jugum.

Germanorum genera quinque ... Amnes clari in Oceanum defluunt: Guttalus, Vistillus sive Vistula, Albis, Visurgis, Amisius, Rhenus, Mosa. Introrsus vero, nullo inferius nobilitate, Hercynium jugum praetenditur. (IV. 28.)

Superiora autem inter Danubium et Hercynium saltum, usque ad Pannonica hiberna Carnunti, Germanorumque ibi ...ium, campos et plana Jazyges Sarmatae, montes vero saltus pulsi ab his Daci ad Pathissum amnem. (IV. 25.)

In eadem septemtrionali plaga Hercyniae silvae roborum ...stitas intacta aevis et congenita mundo, prope immortali

sorte miracula excedit. Ut alia omittantur fide caritura: constat attoli colles occursantium inter se radicum repercussu; aut ubi secuta tellus non est, arcus ad ramos usque, et ipsos inter se rixantes, curvari portarum patentium modo, ut turmas equitum transmittant. Glandiferi maxime generis omnes, quibus honor apud Romanos perpetuus. (XVI. 2.)

In Hercynio Germaniae saltu inusitata genera alitum accepimus, quarum plumae ignium modo colluceant noctibus. (X. 67.)

C. Plinii Secundi Historiae naturalis libri XXXVII, scripti ante annum 79 post Chr.

Hercynia. — Marobodui regia castellumque.

II. 44. Nec multo post Drusus in Illyricum missus est, ut suesceret militiae studiaque exercitus pararet etc. — Sed Suebi praetendebantur auxilium adversus Cheruscos orantes; nam discessu Romanorum ac vacui externo metu gentis adsuetudine et tum aemulatione gloriae arma in se verterant. Vis nationum, virtus ducum in aequo; set Maroboduum regis nomen invisum apud populares, Arminium pro libertate bellantem favor habebat.

45. Igitur non modo Cherusci sociique eorum, vetus Arminii miles, sumpsere bellum, sed e regno etiam Marobodui Suebae gentes, Semnones ac Langobardi, defecere ad eum. Quibus additis praepollebat, ni Inguiomerus cum manu clientium ad Maroboduum perfugisset, non aliam ob causam, quam quia fratris filio iuveni patruus senex parere dedignabatur. Deriguntur acies, pari utrimque spe, nec, ut olim apud Germanos, vagis incursibus aut disiectas per catervas: quippe longa adversum nos militia insueverant sequi signa, subsidiis firmari, dicta imperatorum accipere. Ac tunc Arminius equo conlustrans cuncta, ut quosque advectus erat, reciperatam libertatem, trucidatas legiones, spolia adhuc et tela Romanis derepta in manibus multorum ostentabat; contra fugacem Maroboduum appellans, proeliorum expertem, Hercyniae latebris defensum; ac mox per dona et legationes petivisse foedus, proditorem patriae, satellitem Caesaris, haud minus infensis animis extur-

bandum, quam Varum Quintilium interfecerint. Meminissent modo tot proeliorum, quorum eventu et ad postremum eiectis Romanis satis probatum, penes utros summa belli fuerit.

46. Neque Maroboduus iactantia sui aut probris in hostem abstinebat, sed Inguiomerum tenens illo in corpore decus omne Cheruscorum, illius consiliis gesta quae prospere ceciderint, testabatur: vaecordem Arminium et rerum nescium alienam gloriam in se trahere, quoniam tres vagas legiones et ducem fraudis ignarum perfidia deceperit, magna cum clade Germaniae et ignominia sua, cum coniunx, cum filius eius servitium adhuc tolerent. At se duodecim legionibus petitum duce Tiberio inlibatam Germanorum gloriam servavisse, mox condicionibus aequis discessum; neque paenitere, quod ipsorum in manu sit, integrum adversum Romanos bellum an pacem incruentam malint. His vocibus instinctos exercitus propriae quoque causae stimulabant, cum a Cheruscis Langobardisque pro antiquo decore aut recenti libertate et contra augendae dominationi certaretur. Non alias maiore mole concursum neque ambiguo magis eventu, fusis utrimque dextris cornibus; sperabaturque rursum pugna, ni Maroboduus castra in colles subduxisset. Id signum perculsi fuit; et transfugiis paulatim nudatus in Marcomanos concessit, misitque legatos ad Tiberium oraturos auxilia. Responsum est, non iure eum adversus Cheruscos arma Romana invocare, qui pugnantis in eundem hostem Romanos nulla ope iuvisset. Missus tamen Drusus, ut rettulimus, paci firmator.

62. Dum ea aestas Germanico plures per provincias transigitur, haud leve decus Drusus quaesivit, inliciens Germanos ad discordias utque fracto iam Maroboduo usque in exitium insisteretur. Erat inter Gotones nobilis iuvenis nomine Catualda, profugus olim vi Marobodui et tunc dubiis rebus eius ultinem ausus. Is valida manu fines Marcomanorum ingreditur, coruptisque primoribus ad societatem inrumpit regiam castelmque iuxta situm. Veteres illic Sueborum praedae et nostris provinciis lixae ac negotiatores reperti, quos ius commercii,

dein cupido augendi pecuniam, postremum oblivio patriae suis quemque ab sedibus hostilem in agrum transtulerat.

63. Maroboduo undique deserto non aliud subsidium quam misericordia Caesaris fuit. Transgressus Danuvium, qua Noricam provinciam praefluit, scripsit Tiberio non ut profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortunae: nam multis nationibus clarissimum quondam regem ad se vocantibus Romanam amicitiam praetulisse. Responsum a Caesare tutam ei honoratamque sedem in Italia fore, si maneret: sin rebus eius aliud conduceret, abiturum fide qua venisset. Ceterum apud senatum disseruit, non Philippum Atheniensibus, non Pyrrum aut Antiochum populo Romano perinde metuendos fuisse. Extat oratio, qua magnitudinem viri, violentiam subiectarum ei gentium et quam propinquus Italiae hostis, suaque in destruendo eo consilia extulit. Et Maroboduus quidem Ravennae habitus, si quando insolescerent Suebi, quasi rediturus in regnum ostentabatur: sed non excessit Italia per duodeviginti annos, consenuitque multum imminuta claritate ob nimiam vivendi cupidinem. Idem Catualdae casus, neque aliud perfugium. Pulsus haud multo post Hermundurorum opibus et Vibilio duce receptusque Forum Iulium, Narbonensis Galliae coloniam, mittitur. Barbari utrumque comitati, ne quietas provincias immixti turbarent, Danuvium ultra inter flumina Marum et Cusum locantur, dato rege Vannio gentis Quadorum.

Cornelii Taciti „Annales", exeunte saeculo I. post Chr. scriptae. Lib. II (Edit. Car. Halmii.)

Hercynia silva. — Boihaemum. — Herquinius saltus. — Albis flumen.

28. Validiores olim Gallorum res fuisse summus auctorum diuus Iulius tradit, eoque credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos: quantulum enim amnis obstabat, quo minus, ut quaeque gens eualuerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc et nulla regnorum potentia diuisas?

Igitur inter Hercyniam siluam, Rhenumque et Moenum amnes Heluetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. Manet adhuc Boihaemi nomen, signatque loci ueterem memoriam, quamuis mutatis cultoribus. Sed utrum Arauisci in Pannoniam ab Osis, Germanorum natione, an Osi ab Arauiscis in Germaniam commigrauerint, cum eodem adhuc sermone institutis moribus utantur, incertum est, quia pari olim inopia ac libertate eadem utriusque ripae bona malaque erant.

30. Vltra hos Chatti initium sedis ab Herquinio saltu inchoant, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae ciuitates, in quas Germania patescit: durant siquidem colles, paulatim rarescunt, et Chattos suos saltus Herquinius prosequitur simul atque deponit.

37. Sescentesimum et XL. annum Urbs nostra agebat, cum primum Cimbrorum audita sunt arma, Caecilio Metello et Papirio Carbone consulibus. Ex quo si ad alterum imperatoris Traiani consulatum computemus, ducenti ferme et decem anni colliguntur: tam diu Germania uincitur.

38. Nunc de Suebis dicendum est, quorum non una, ut Chattorum Tencterorumue, gens; maiorem enim Germaniae partem optinent, propriis adhuc nationibus nominibusque discreti, quamquam in commune Suebi uocentur.

41. Et haec quidem pars Sueborum in secretiora Germaniae porrigitur: propior, ut quo modo paulo ante Rhenum, sic nunc Danuuium sequar, Hermundurorum ciuitas, fida Romanis; eoque solis Germanorum non in ripa commercium, sed penitus atque in splendidissima Raetiae prouinciae colonia. Passim sine custode transeunt; et cum ceteris gentibus arma modo castraque nostra ostendamus, his domos uillasque patefecimus non concupiscentibus.

In Hermunduris Albis oritur, flumen inclutum et notum [illegible] tantum auditur.

2. Iuxta Hermunduros Varisti ac deinde Marcomani et di agunt. Praecipua Marcomanorum gloria uiresque, atque m sedes pulsis olim Bois uirtute parta. Nec Varisti

Quadiue degenerant. Eaque Germaniae uelut frons est, quatenus Danuuio peragitur.

Marcomanis Quadisque usque ad nostram memoriam reges mansere ex gente ipsorum, nobile Marobodui et Tudri genus; iam et externos patiuntur. Sed uis et potentia regibus ex auctoritate Romana: raro armis nostris, saepius pecunia iuuantur, nec minus ualent.

43. Retro Marsigni, Cotini, Osi, Buri terga Marcomanorum Quadorumque cludunt. E quibus Marsigni et Buri sermone cultuque Suebos referunt; Cotinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit non esse Germanos, et quod tributa patiuntur. Partem tributorum Sarmatae, partem Quadi ut alienigenis inponunt. Cotini, quo magis pudeat, et ferrum effodiunt. Omnesque hi populi pauca campestrium, ceterum saltus et uertices montium iugumque insederunt. Dirimit enim scinditque Suebiam continuum montium iugum, ultra quod plurimae gentes agunt, ex quibus latissime patet Luegiorum nomen in plures ciuitates diffusum. Valentissimas nominasse sufficiet: Harios, Helueconas, Manimos, Helisios, Nahanarualos.

Cornelii Taciti „De origine et situ Germanorum" liber anno 98 post Chr. scriptus. (Edit. Car. Halmii 1867 et Alfr. Holderi 1882.)

Albis fluvius.

Romani autem totam occidentalem Europae partem usque ad Albim fluvium, qui Germaniam dividit, revelabant (14).

Albis, qui cum Rheno paene aequali linea Oceanum petit atque vix minorem, quam ille, terrae tractum perfluit (290).

Suntque Suevi gens permagna; nam a Rheno usque ad Albim sedes habent; imo pars eorum et ultra Albim habitat, scilicet Hermunduri et Langobardi. (291.)

Distat Rhenus ab Albi circiter 3000 stadiis, dummodo directam viae lineam habueris. (292.)

Strabonis „Geographica" scripta ca. annum 20 a. Chr.

Proh dii boni! Quanti voluminis opera insequenti aestate sub duce Tiberio Caesare gessimus! Perlustrata armis tota Germania est . . . fracti Langobardi, gens etiam Germana

ferocitate ferocior! Denique quod numquam antea spe conceptum, nedum opere temptatum erat, ad quadringentesimum miliarium a Rheno usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermundurorumque fines praeterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus! Et eodem mira felicitate et cura ducis temporum quoque observantia, classis quae Oceani circumnavigaverat sinus, ab inaudito atque incognito ante mari flumine Albi subvecta, plurimarum gentium victoria (parta) cum abundantissima rerum omnium copia exercitui Caesarique se junxit.

Vel. Paterculus II. 106.

Albis fluvius.

Amnes clari in Oceanum defluunt: Guttalus, Vistillus sive Vistula, Albis, Visurgis, Amisius, Rhenus, Mosa.

Plinius Secundus IV. 28.

Albis flumen.

Laudatis pro concione victoribus Caesar congeriem armorum struxit, superbo cum titulo: debellatis inter Rhenum Albimque nationibus Tiberii Caesaris ea monimenta Marti et Iovi et Augusto sacravisse (Tacit. Annal. II. 22.)

Obiit L. Domitius, qui exercitu flumen Albim transcendit, longius penetrata Germania quam quisquam priorum, easque ob res insignia triumphi adeptus est (Tacit. Annal. IV. 44.)

In Hermunduris Albis oritur, flumen inclutum et notum olim; nunc tantum auditur (Tacit. Germ. 41.)

Albis fluvius.

Albis fluvii ostia	31°	56°	15'
fontes fluvii	39°	50°	—
Fons, qui a Vistula fluvio est et ad Albim fertur	40° 10'	52° 40'	

Quoad derivationem nominis confer, quod ait Adamus Brem. in Gestis Iammaburg. Ecclesiae IV. 21: „Ibi (in Sueonia) est etiam Albis fluvius, qui oritur in praedictis alpibus, perque medios Gothorum populos currit in Oceanum, unde et Goth-Elba dicitur“ (hodiedum Götha-Elb apud ötheborg.)

Sudeti montes. — Gabréta silva. — Orkynius saltus.

Montium, qui Germaniam intersecant, celeberrimi sunt illi, quos modo diximus quique proprie nuncupantur Sarmatici, atque ii, qui item Alpii dicti supra Danubii caput sunt, quorum extremae partes . . . . 29°... 47° et 33° ... 48° 30′ atque qui Abnobaei dicuntur, quorum extremae partes sunt . . . . 31°... 49° et 31° ... 52° et Melibocus, cujus partes extremae sitae sunt . . . 33°... 52° 30′ et 37° ... 52° 30 infra quem est Semanus silva; et Asciburgius mons, cujus extrema sita sunt . . . . 39°... 54° et 44° ... 52° 30′ atque qui dicuntur Sudeti montes, quorum extrema sita sunt . . . . 34°... 50° et 40° ... 50° infra quos et Gabréta silva.

Inter hos et Sarmaticos est Orcynius Saltus.

Gabréta silva (ἡ Γαβρήτα Ὕλη)

Meridianum latus (Germania) terminat Danubii fluminis pars occidentalis, cujus haec positio est:

Caput fluminis . . . . . . 30° ... 46° 50′

Ubi primus qui ex Germania decurrit, in eum influit fluvius . . . . 32° ... 47° 15′

Ubi a latere meridiano fluvius in eum influit, qui appellatur Aenus . . . . 34° ... 47° 20′

Ubi secundus a septentrionali parte fluvius in eum influit, fere ex Gabréta silva decurrens . 36° ... 46° 40′ *

Ubi proximus a septentrionibus Lunam silvam praeterfluens fluvius in eum effunditur . . . . 39° 20′ 47° 20′ **

Deinceps inflexio, a qua meridiem versus Danubius inflectitur . . . . 40° 40′ ... 47° 50′ ***

Rursus ad orientem ab Abnobaeis montibus sedes habent inter Suevos Casuari, deinde Nertereanes, deinde Danduti,

* Cf. Claudivii Noricensis positio . . . . . . 36° ... 46° 40

** Cf. Carnuti Pannoniensis positio . . . . . 39° 47°

*** Cf. Flexus Pannoniensis positio . . . . . 40° 47° 15

infra quos Turoni et Marvingi; infra Chamavos Chattae et Tubanti, atque supra Sudetos montes Teurio-chaemae; infra montes vero Varisti; deinde Gabréta silva; et infra Marvingos Curiones, deinde Chaetuori.

Atque Danubio tenus Parmaecampi; infra Gabrétam silvam Marcomani, infra quos Sudini, et usque ad Danubium fluvium Adrabaecampi.

Infra Orkynium Saltum Quadi, infra quos ferri fodinae et Luna silva; infra quam magna gens Baemorum Danubio tenus, et finitimi eis juxta fluvium Teracatriae, quique ad fluminis flexiones habitant, Rakatae.

Claudii Ptolemaei „Geographiae libri octo", scripti prioribus decadibus saeculi II. p. Chr. (Edit. Wilbergii 1838.)

II. Excerpta ex Annalibus saec. VIImi.

Sclavi seu Sclavini cognomento Vinidi. — Castrum Wogastisburg.

630 Ao. XI. regni Chlotharii homo quidam, nomine Samo, natione Francus de pago Sennonago, plures secum negotiantes adscivit, ad exercendum negotium in Sclavos cognomento Vinidos perrexit. Sclavi jam contra Avares, cognomento Chunos, et regem eorum Chaganum coeperant rebellare. Vinidi bifulci Chunis fuerant jam ab antiquitus, ut cum Chuni in exercitu contra gentem quamlibet adgrediebant Chuni pro castris adunato illorum exercitu stabant, Vinidi vero pugnabant. Si vero ad vincendum praevalebant, tunc Chuni praedas capiendum adgrediebant; sin autem Vinidi superabantur, Chunorum auxilio fulti vires resumebant. Ideo befulci vocabantur a Chunis, eo quod duplici in congressione certaminis vestita praelia facientes, ante Chunos praecederent.

Chuni ad hiemandum annis singulis in Sclavos veniebant; uxores Sclavorum et filias eorum stratu sumebant; tributa super alias oppressiones Sclavi Chunis solvebant. Filii Chunorum, quos in uxores Winidorum et filias generaverant, tandem non sufferentes hanc malitiam ferre et oppressionem, Chunorum dominationem negantes, ut supra memini, coeperant rebellare. Cum in exercitu Winidi contra Chunos fuissent adgressi, Samo negotians, de quo memoravi superius, cum ipsis in exercitu perrexit, ibique tanta ejus fuit utilitas, ut mirum fuisset et nimia multitudo de Chunis gladio Winidorum trucidata fuisset. Winidi cernentes utilitatem Samonis, eum super se eligunt regem, ubi 35 annos regnavit feliciter. Plura proelia contra Chunos suo regimine Winidi gesserunt; suo consilio et utilitate Winidi semper superarunt. Samo 12 uxores ex genere Winidorum habebat, de quibus 22 filios et 15 filias habuit

630 (nobis 631). Eo ao. Sclavi cogn. Winidi, in regno Samonis negotiantes Francorum cum plurimam multitudinem interfecissent et rebus expoliassent, hoc fuit initium scandali inter Dagobertum et Samonem, regem Sclavinorum. Dirigensque Dagobertus Sicharium legatarium ad Samonem, petens, ut negotiantes, quos sui interfecerant et res quas illicite usurpaverant, cum justitia faceret emendare. Samo nolens Sicharium videre, nec ad se eum venire permitteret: Sicharius vestes indutus est ad instar Sclavinorum, cum suis ad conspectum pervenit, Samoni universa, quae injuncta habebat, nuntiavit; sed ut habet gentilitas et superbia pravorum, nihil a Samone, quae sui admiserant, est emendatum, nisi tantum placita vellens instituere, ut de his et aliis intentionibus, quae inter has partes ortae fuerant, justitia redderetur in invicem.

Sicharius sicut stultus legatus, verba improperii, quae injuncta non habuerat, et minas adversus Samonem loquitur, eo quod Samo et populus regni suis Dagoberto deberet servitium. Samo respondens jam saucius dicit: „Et terram, quam habemus, Dagoberti est, et nos sui sumus, si tamen nobiscum disposuerit amicitias conservare". Sicharius dicens: „Non est possibile, ut Christiani Dei servi cum canibus amicitias conlocare possint". Samo e contrario dixit: „Si vos estis Dei servi et nos sumus Dei canes, dum vos assidue contra ipsum agitis, nos permissum accepimus vos morsibus lacerare". Ejectus est Sicharius de conspectu Samonis.

Cum hoc Dagoberto nuntiasset, superbiter jubet de universo regno Austrasiorum contra Samonem et Winidos movere exercitum. Ubi tribus turmis phalangae super Winidos exercitus ingreditur; etiamque Langobardi solatione Dagoberti idemque hostiliter in Sclavos perrexerunt.

Sclavi his et aliis locis e contrario praeparantes, Alamanorum exercitus cum Chrodoberto duce in parte, qua ingressus est, victoriam obtinuit; Longobardi itidemque victoriam obtinuerunt. Et plurimum numerum captivorum de Sclavis Alamani et Langobardi secum duxerunt.

Austrasii vero, cum ad castrum Wogastisburg, ubi plurima manus fortium Winidorum immoraverant, circumdantes, triduo proeliantes, plures ibidem de exercitu Dagoberti gladio trucidantur, et exinde fugaciter omnes tentoria et res quas habuerant relinquentes, ad proprias sedes revertuntur.

Multis posthoc vicibus Winidi in Thoringiam et reliquos vastando pagos in Francorum regnum inruunt. Etiam et Dervanus dux gentis (S)Urbiorum, qui ex genere Sclavinorum erant et ad regnum Francorum jam olim aspexerant, se ad regnum Samoni cum suis tradidit.

Istamque victoriam, quam Winidi contra Francos meruerunt, non tantum Sclavinorum fortitudo obtinuit, quantum dementatio Austrasiorum, dum se cernebant cum Dagoberto odium incurrisse et assidue exspoliarentur.

(631, nobis 632.) Anno X. regni Dagoberti, cum ei nuntiatum fuisset, exercitum Winidorum Thoringiam fuisse ingressum, cum exercitu de regno Austrasiorum de Mettis urbe promovens, transita Ardenna, Magantiam magno cum exercitu adgreditur, disponens Rhenum transire, scaram de electis viris fortibus de Neuster et Burgundia cum ducibus et grafionibus secum habens. Saxones missos ad Dagobertum dirigunt, petentes, ut eis tributa, quae fisci ditionibus dissolvebant, indulgeret; ipsi vero eorum studio et utilitate Winidis resistere spondent et Francorum limitem de illis partibus custodire promittunt. Quod Dagobertus consilio Neustrasiorum adeptus praestitit Saxonibus, qui his petitionibus suggerendum venerant, sacramentum, ut eorum mos erat, super arma placata pro universis Saxonibus firmant. Sed parum haec promissio sortitur effectum; tamen tributum Saxones, quod reddere consueverant, praeceptione Dagoberti habent indultum: 500 vaccas inferendales annis singulis a Chlothario seniore censiti reddebant, quod a Dagoberto cassatum est.

632—(633.) Anno XI regni Dagoberti, cum Winidi jussu Samonis fortiter saevirent et saepe transcenso eorum limite regnum Francorum vastandum, Thoringiam et

reliquos pagos ingrederuntur, Dagobertus Mettis urbem veniens, Sigibertum filium suum in Austeris regem sublimavit, sedemque Mettis habere permisit. Deinde Austrasii eorum studio limitem et regnum Francorum contra Winidos utiliter defensasse noscuntur.

634. Radulfus dux filius Chamari, quem Dagobertus Thoringio ducem instituit, pluribus vicibus cum exercitu Winidorum dimicans, eosque victos vertit in fugam. Hujus superbia elatus et contra Adalgisum ducem diversis occasionibus inimicitias tendens, paulatim contra Sigibertum jam tunc coeperat rebellare.

640. Cumque ao. VIII. Sigibertus regnaret et Radulfus dux Thoringiae vehementer Sigiberto rebellare disposuisset, jussu Sigiberti omnes leudes Austrasiorum in exercitum gradiendum banniti sunt. Sigibertus Rhenum cum exercitu transiens, gentes undique de universis regni sui plagis ultra Rhenum cum ipso adunatae sunt. — Sigibertus deinde Buchoniam cum exercitu transiens, Thoringiam properans. — Radulfus haec cernens castrum lignis munitum in quodam monte super Unestrude, fluvio in Thoringia, construens, exercitum undique quosque potuit, colligens, cum uxore et liberis in hoc castro ad se defensandum stabilivit.

Radulfus superbia elatus ad modum regis in Thoringia se esse censebat, amicitias cum Winidis firmans, caeterasque gentes, quas vicinas habebat, cultu amicitiae obligabat.

Additamentum. In expositione historica „De conversione Bagoariorum et Carantanorum“ ab archiepiscopo Juvavensi contra erectionem episcopatus Moraviensis Apostolicae sedi a. 872—873 transmissa, mentio fit de Samone hisce verbis:

„Temporibus gloriosi ducis Francorum Dagoberti Samo nomine, quidam Sclavus, manens in Quarantanis, fuit dux gentis illius. Qui venientes negotiatores Dagoberti regis interficere jussit et regia exspoliavit pecunia. Quod cum comperit Dagobertus rex, misit exercitum suum et damnum quod idem Samo fecit, vindicare jussit. Sicuti fecerunt qui ab eo missi sunt, regis servitio subdiderunt illos.“

III. Excerpta ex Annalibus Francorum saec. IX.

Beehaimi.

791. Carolus (contra Hunos i. e. Avares procedens) bipartito exercitu iter agere coepit. Cujus partem Theodorico comiti et Meginfrido camerario suo committens, eos per aquilonalem Danubii ripam iter agere jussit. Ipse cum alia parte australem ejusdem fluminis ripam Pannoniam petiturus occupavit. (Einh. Ann.)

Divisitque exercitum suum in tres partes et sic introivit ipse per Paioariam in fines Hunorum ex meridiana parte Danovii: sed et de alia parte Danovii aliűs exercitus Ribuariorum et Fresionum et Saxonorum cŭm Toringis (Ann. Lauresh.)

Pulsis igitur Hunorum praesidiis ac destructis munitionibus, quarum una super Cambum fluvium, altera juxta Comagenos civitatem in monte Cumeoberg vallo firmissimo erat exstructa, ferro et igni cuncta vastantur. Cumque rex cum eo quem ducebat exercitu usque ad Arrabonis fluenta venissent, transmisso eodem fluvio per ripam ejus usque ad locum, in quo in Danubio miscetur, accessit ibique per aliquot dies stativis habitis per Sabariam reverti statuit. Alias vero copias, quibus Theodoricum et Meginfridum praefecerat, per Beehaimos via quae venerant, reverti praecepit. Sic peragrata ac devastata magna parte Pannoniae cum incolumi exercitu Francorum in Baioariam se recepit. Saxones autem et Frisiones cum Theodorico et Meginfrido per Beehaimos, ut jussum erat, domum regressi sunt. (Einh. Ann.)

Sclavi, qui Beheimi. — Saltus Hyrcanus. — Planities Behemi. — Cinu-Vidines (Cihu Vindones?) — Sclavi qui Cinu. — Fergunna. — Fluvius Agara. — Camburg. — Albia. — Boemanni — Sclavi. — Natio Sclavorum, qui Behemi.

805. Eodem anno misit Carolus exercitum suum cum filio suo Karlo in terram Sclavorum, qui vocatur Beheimi, et per tres vias in eandem regionem exercitum penetrare praecepit.

Partem autem exercitus cum Karolo regi, filio suo, per orientalem partem Franciae seu Germaniae ire praecepit, ut Hircano saltu transiecto, jam dictos Sclavos invaderet. Aliam vero partem per Saxoniam dirigens, ut ex altera parte cum Saxonibus et innumerabilibus Sclavis, transito ab aquilone jam dicto saltu, in Sclavos prorumperet. Tertia quoque ex parte expeditionem totius Boiariae in eandem regionem intrare jussit. Venientes autem undique in planitiem Behemi, universi principes diversarum gentium in conspectu regis Karoli pervenerunt. Castra metati sunt autem haud procul a se illi innumerabiles exercitus distantes. Karoli autem regis et principum qui cum eo erant imperio usus, totus ille exercitus ipsam regionem invasit. Sed Sclavi invia et saltus penetrantes, se minime ad pugnam praeparaverunt. Vastata autem et incensa per 40 dies eadem regione, ducem eorum nomine Lechonem occidit. Et dum nec jam pabula equis, aut cibaria exercitui superessent, vastata et ad nihilum redacta jam dicta regione, ad propria reversus est (Einh. Ann.)

Karolus imp. misit filium suum Karolum regem cum exercitu magno in Cinu-Vidines et alium exercitum cum Adulfo et Verinario i. e. cum Baioriis. Tertium vero transmisit cum Saxonibus super Hwerenofelda et Demelchion, et ibi pugnaverunt contra regem eorum nomine Semela et vicerunt eum, et ille dedit duos filios ejus pro fidelitate. Et tunc perrexerunt super Fergunna. Et venerunt ad fluvium, qui vocatur Agara, illi tres hostes insimul, et inde venerunt ad Camburg. Qui et (illum obsederunt, et) vastaverunt regionem illam in circuitu, (in ista parte) Albiae (et ultra Albiam). Et postea cum victoria reversus est Karolus rex ad patrem suum in Francia. Quartus vero exercitus cum classe magna navium perrexit in Albia et pervenit ad Magedoburg (et ibi vastaverunt regionem Genewara); postea reversi sunt in patriam suam . . . (Chron. Moissiac).

Karolus junior in Boemannos Sclavos cum exercitu a patre missus, depopulata provincia, regem eorum nominae Lechonem (Dethonem) occidit (Ann. Fuld.)

Eodem anno misit exercitum suum cum filio suo Karlo in terram Sclavorum, qui vocantur Cinu (Annal. Tilian), qui vocantur Beheimi. (Einh.) Qui omnem illorum patriam depopulatus, ducem eorum nomine Bechonem (Lechonem) occidit. (Einh. Ann.)

Natio Sclavorum studio satis aspera belli, quos Behemos vocitant, in se levitate procaci irritans Francos, Caroli commoverat iram (Poeta Saxo.)

Capitulare 805. m. Dec. Capitulare de negotiatoribus, qui partibus Sclavorum et Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant, id est: Partibus Saxoniae usque ad Bardaenowic, ubi praevideat Hraedi; et ad Schezla, ubi Madalgaudus praevideat; et ad Magadoburg praevideat Aito; et ad Erpeshurt Madalgaudus et ad Halazstat idem Madalgaudus; ad Forcheim et ad Breemberga et ad Regenisburg Audulfus; et ad Lauriacum Warnarius (Mon. Germ. III.)

Terra Beeheim.

806. Missa est et manus de Baioria et Alamannia atque Burgundia, sicut anno superiore, in Boemannos vastataque terrae non minima portione, absque ullo gravi incommodo regressa est. (Ann. Fuld.)

Partes Beheim.

807. Capitulare de expeditione: V. Si partibus Hispaniae sive Avaratiae, solatium fuerit necesse praebendi, tunc de Saxonibus quinque sextum praeparare faciant. Et si partibus Beheim fuerit necesse solatium ferre, duo tertium praeparent. Si vero circa Sorabis patria defendenda necessitas fuerit, tunc omnes generaliter veniant. (Mon. Germ. III.)

Boemanni.

814. Carolus omnes barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum et Vistulam fluvios, Oceanumque et Danubium positae, lingua quidem pene similes, moribus atque habitu valde dissimiles Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributaria effecerit; inter quas fere praecipui sunt: Weletabi, Sorab Abotriti, Boemanni; cum iis namque conflixit. Caeteros quorum

multo major est numerus, in deditionem suscepit. (Einh. Vita Car.)

Beheimi.

817. Charta divisionis: Hludowicus volumus, ut habeat Bajoariam, et Carentanos, et Beheimos, et Avaros, atque Sclavos qui ab orientali parte Bojoariae sunt. (Mon. Germ. III.)

821. In quo conventu omnium orientalium Sclavorum i. e. Abodritarum, Soraborum, Wilczorum, Beheimorum, Marvanorum, Praedecentorum et in Pannonia residentium Avarorum legati cum muneribus ad se directas (rex . . . Francoforti) audivit (Einh. Ann.)

Sclavi.

840. Hludowicus filium (sibi rebellem) per Thuringiam usque ad terminos barbarorum persequitur, exclusumque a finibus regni per Sclavorum terram cum magno labore in Baioariam redire compellit (Rud. Fuld.). — Imperator fugato filio et paganorum exterarumque gentium adminicula, etiam sui praesentia, compluribus datis muneribus, expetente (Prudent. Trecens.). — Redempto enim itinere (filius) per Sclavorum terram in propria rediit (Vita Hlud. c. 62). — Per Sclavos itinere redempto (Nithard I. c. 8.)

Boemi.

845. Hludowicus 14 ex ducibus Boemorum cum hominibus suis christianam religionem desiderantes suscepit, et in octavis Theophaniae baptizari jussit. (Ann. Fuld. Rud.)

Boemanni. Vallum eorum. Via publica.

846. Hludowicus circa medium mensem Augustum cum exercitu ad Sclavos Marahenses defectionem molientes profectus est, ubi ordinatis et juxta libitum suum compositis rebus ducem eis instituit Rastizen, nepotem Moimari. Inde per Boemanos cum magna difficultate et grandi damno exercitus sui reversus est. (Ann. Fuld. Rud.)

848. Hludowicus quasi mediante mense Augusto Boemanos eruptionem molientes per Hludowicum, filium suum, missa

adversus eos expeditione contrivit, legatosque pacis gratia mittere et obsides dare coegit. (Ann. Fuld. Rud.)

849. Boemani more solito fidem mentientes, contra Francos rebellare moliuntur. Ad quorum perfidos motus comprimendos Ernustus, dux partium illarum et inter amicos regis primus, comitesque non pauci atque abbates cum exercitu copioso mittuntur. Barbari vero, pro pace et securitate sua obsides se daturos et imperata facturos, per legatos ad Thaculphum directos promittunt, cui pro ceteris credebant quasi scienti leges et consuetudines Sclavicae gentis Erat quippe dux Sorabici limitis, sed in illa expeditione jam tunc graviter vulneratus. Nam pridie cum exercitus vallum hostium vi magna inrumperet, et resistentibus adversariis ex utraque parte multi sine discretione sauciarentur, ipse in sinistro genu sagitta percussus est; cum legatis vero qui ad eum missi fuerant, quo minus ab eis debilitas ejus deprehenderetur, equo sedens, simulata sanitate, locutus est. Cumque quibusdam ex primatibus per missos suos legatorum verba nuntiasset, indignati sunt aliqui eorum adversus eum, quasi ceteris praeferri cupiens, summam rerum gerendarum in se vellet inclinare; et citato impetu, inconsultis ceteris, bellum hostibus paci studentibus intulerunt, statimque experti sunt, quid sine timore Dei propria discordium possit virtus et audacia. Hostes enim superiores effecti, caedendo persecuti sunt eos usque in castra, occisorumque spolia in conspectu eorum secure detrahentes, tantis eos terroribus affecerunt, ut evadendi spe penitus privarentur. Unde coacti obsides dabant eis, a quibus suscipere dedignati sunt, ut inlaesi ab hostibus et via tantum publica pergentes, in patriam reverti potuissent. Et ut major confusio superbientibus et de sua virtute praesumentibus fieret, contigit eodem anno post non multi temporis spatium in villa Hohstedi, quae est in territorio Magontiaco, spiritum nequam per os cujusdam arreptitii protestari, bello se Boemannico praefuisse, sociosque suos spiritum superbiae atque discordiae fuisse, quorum dolosis machinationibus Franci Boemanis terga vertissent. (Ann. Fuld.)

Poemanni.

855. Ludovicus misit aciem Bajovariorum in Poëmannos, quorum ductor Ernest comes exstitit, episcopis simul comitantibus. Tum demum reversi, cum rumore non minimo ut moris est, confluebant ad regem. (Ann. Fuld.)

Boemanni.

856. Mense Augusto Hludovicus rex collecto exercitu per Sorabos iter faciens, ducibusque eorum sibi conjunctis Dalmatias proelio superat, acceptisque obsidibus tributarios fecit. Inde per Boemannos transiens, nonnullos ex eorum ducibus in deditionem accepit. In qua expeditione perierunt comites Bardo et Erph cum aliis quam pluribus. (Ann. Fuld.)

Civitas Wiztrachi

867. Otgarius episcopus et Hruodoltus comes palatii et Ernustus filius Ernusti ducis, cum hominibus suis in Boemannos missi, civitatem Wiztrachi ducis, ab annis multis rebellem, occupaverunt, expulso ab eo Sclaiutago filio Wiztrachi, qui tyrannidem tunc in ea exercebat. Quo per fugam lapso et ad Rastizen se conferente, frater ejus, qui ab eo patria pulsus apud Zistiborum Sorabum exulabat, ad regem fideliter veniens, loco fratris dux constituitur. (Ann. Fuld.)

Behemi, vallum eorum firmissimum.

869. Sclavi qui vocantur Behemi, terminos Baioariorum crebris incursionibus infestant et quasdam villas incendio tradentes, mulieres inde duxere captivas. Contra quos Hludowicus rex tutores partium illarum interim misit, donec ipse opportuno tempore suorum vindicaturus injurias, in desertores arma corriperet. (Ann. Fuld.) — Sorabi et Siusli junctis sibi Behemis et ceteris circumcirca vicinis antiquos terminos Thuringiorum transgredientes, plurima loca devastant. (Ib.)
nse Augusto rex Hludowicus aequivocum suum cum Thu-
ςis et Saxonibus ad comprimendam Soraborum audaciam
inavit. Hludowicus cum Sorabis manum conserens, primo
em quibusdam occisis, hostes terga vertere coegit; deinde

vero non modica ex eis multitudine prostrata et Behemis, qui a Sorabis mercede conducti fuerant, partim occisis, partim turpiter ad sua redeuntibus, ceteros in deditionem accepit. — Behemi dextras sibi a Carlmanno dari petunt, et accipiunt. (Ann. Fuld.)

871. Rex ... in Boiariam profectus, contra Behemos irruptionem in regnum suum molientes, tutores partium suarum misit, Arnum vid. episcopum et Ruodoltum comitem, aliosque cum eis. Adversarii autem quendam locum vallo firmissimo circumdederunt, iter angustum in ipso aditu facientes, ad insidias sc. illorum qui terminos observabant, ut si forte aliquis ex illis illuc veniret, in ipso angusto itinere nusquam declinare valens, occideretur. Interea Sclavi Marahenses nuptias faciunt, ducentes cujusdam ducis filiam de Behemis etc. (Ann. Fuld.)

Behemi Sclavi. — Fuldaha fluvius. — Civitates Behemorum.

872. Mense Majo misit rex Thuringos et Saxones contra Sclavos Marahenses ... Quidam de Francia mittuntur Carlomanno in auxilium contra Sclavos supradictos, alii destinantur contra Behemos,

qui duces quinque his nominibus: Zventisla, Vitislan, Heriman, Spoitamor, Moyslan, Gorivei, cum magna multitudine sibi rebellare nitentes, Dei auxilio freti in fugam verterunt, et alios quidem occiderunt, alios vero vulnerarunt; quidam etiam in fluvio Fuldaha submerserunt.

qui Dei adjutorio freti duces quinque, quorum ista sunt nomina: Zwentislan, Vitislan, Heriman, Spoitimar (Spoitiman), Moyslan (Mislan, Nyslan) cum maxima multitudine sibi rebellare nitentes in fugam verterunt, et alios quidem occiderunt, alios vero in fluvio Fuldaha (Valdaha) submerserunt;

qui autem evadere potuerunt, in civitates defecerun Et deinde, parte non modica illius provinciae depopula incolumes reversi sunt. In hac expeditione Liutbertus arch episcopus primatum tenuit. (Ann. Fuld.)

Behîn.

873. Hludowicus rex ad Reginisburg perveniens, per missos suos Vinidos sub diversis principibus constitutos modo quo potuit sibi reconciliavit; legatos autem ab illis, qui Behîn dicuntur, cum dolo missos suspiciens, in carcerem misit. (Hincmar. Annal.)

Behemi. — Bohemani.

874. Ludowicus rex in villa Foraheim legatos Zuentibaldi pacem petentes et fidelitatem promittentes, suscepit. Behemorum quoque nuntia audivit et absolvit (Ann. Fuld.). Idem cum Zuentibaldo duce Marahensium subjectionem per legatos promittente et fidem censumque annuum pollicente, pacem fecit; Bohemanosque idem facientes suscepit. (Hermann. Contract.)

Sclavi Behemenses.

876. Carolomannus sortitus est Boiariam, Pannoniam et Carnuntum (Carentanum), nec non et regna Sclavorum Behemensium et Marahensium. (Regin.)

Behemi.

880. Sclavi, qui vocantur Dalmatii et Behemi et Sorabi ceterique circumcirca vicini, audientes stragem Saxonum a Nordmannis factam, pariter conglobati Thuringios invadere nituntur, et in Sclavis circa Salam fluvium, Thuringiis fidelibus, praedas et incendia exercent. Quibus Poppo comes et dux Sorabici limitis occurrit etc. (Ann. Fuld.)

Behemenses. — Behemi.

890. Arnulphus rex concessit Zuentibaldo, Marahensium Sclavorum duci, ducatum Behemensium, qui hactenus principem suae cognationis ac gentis super se habuerant, Francorumque regibus fidelitatem promissam inviolato foedere nservaverant, eo quod illi, antequam in regni fastigio sublimaretur, familiaritatis gratia fuerit connexus; denique lium ejus, quam ex pellice susceperat, a sacro fonte levavit, aque ex nomine suo Zwentibold appellari fecit. Quae res

non modicum discordiarum et defectionis praebuit incrementum. Nam et Behemi a fidelitate diutius custodita recesserunt, et Zuentibold ex adjectione alterius regni vires non parvas sibi accessisse sentiens, fastu superbiae inflatus, contra Arnulfum rebellavit. (Reginonis Chron.)

Boemannii.

895. Mediante mense Julio habitum est urbe Radisbona generale conventum; ibi de Sclavania omnes duces Boemanniorum, quos Zuentibaldus dux a consortio et potestate Baioricae gentis per vim dudum divellendo detraxerat (quorum primores erant Spytignewo, Witisla), ad regem venientes et honorifice ab eo recepti per manus, prout mos est, regiae potestati reconciliatos se subdiderunt. (Ann. Fuld.)

Behemitae.

896. Contigit, ut gentis Behemitarum duces ad imp. Arnulfum, qui tunc Radisbona urbe moratus est, devenerunt, offerentes ei munera regia et sua suorumque fidelium suffragia contra eorum inimicos Marahabitas postulantes, a quibus tum saepe, ut ipsi testificati sunt, durissime comprimebantur. Duos ergo duces rex imp. gratuito suscipiens, verbaque consolationis eorum pectoribus habundantius inseruit, et laetabundos donoque honoratos, patriam in suam abire permisit; totumque illius anni tempus autumnale finitimis in locis aquilonalibus Danubii Imbrisque fluminis sese sustentavit, hac etiam intentione, ut si supradictae genti necessitas auxilii sui immineret, paratus cum suis fidelibus existeret. (Ib.)

Boemannia.

900. Baiarii per Boemanniam, ipsis secum assumptis, regnum Maravorum, cuncta incendio per tres ebdomadas devastantes, inruperunt; tandem cum omni prosperitate domum reversi sunt. (Ib.)

IV. Notitiae saeculi Xmi.

Praga Boemiorum urbs. — Boemiae.

928. Post haec Heinricus rex (e Dalamantia veniens) Pragam adiit cum omni exercitu, Boemiorum urbem, regemque ejus in deditionem accepit. Boemias tributarias faciens, reversus est in Saxoniam.

(Widukindi Rerum gestarum saxonicarum libri tres, scripti ca. annum 967. I. 35.)

Urbs subreguli.

936. Bolizlaf timens sibi vicinum subregulum, eo quod paruisset imperiis Saxonum, indixit ei bellum. Qui misit in Saxoniam ad expostulanda sibi auxilia. Mittitur autem ei Asic cum legione Mersaburiorum et valida manu Hassiganorum, additurque ei exercitus Thuringorum. — Bolizlaf pergens ad urbem subreguli, primo eam inpetu cepit et usque in hodiernum diem solitudinem fecit.

(Widukind II. 3.)

Urbs nova.

950. Illo tempore rex Otto proficiscitur in militiam contra Bolizlavum regem Boemiorum, et cum capienda esset urbs, quae nuncupabatur Nova, in qua clausus obsidebatur Bolizlavi filius, prudenti rex consilio diremit proelium.

(Widukind II. 8.)

Beheim suburbium Niuuenburg.

Diploma Ottonis I. regis datum a. D. 950 „Beheim suburbio Niuuenburg".

(Mon. Boica.) — Nova erat illo tempore civitas Boleslav super Albiam (vid. pag. 11).

Praida urbs.

950. Otto rex, qui quendam Wenedorum magnam obsederat urbem nomine Praidam (Praidem), regem istorum in subjectionem recepit.

(Frodoard.)

Boemi. — Boemii — Boemanni.

955. In octava legione erant Boemi, electi milites mille, armis potius instructi quam fortuna.

(Widukind III. 44.)

Et aliud bellum cum eis (Agarenis, Ungaris) gerebatur a Boemannis, ubi comprehensus est rex illorum, nom. Lele, exstincto exercitus ejus.

(Reginonis Cont.)

967. Misit Misico ad Bolizlavum regem Boemiorum.

(Widukind III. 69.)

Ríp mons. — Albis = Labe. — Ogra et Vlitava fluvii. — Krakov castrum. — Tumulus ab incolis terrae ob memoriam suae dominae Kazi nimis alte congestus, super ripam fluminis Mse. — Tetin castrum. — Urbs potentissima Lubossin. — Villa nomine Stadici. — Děvin castrum. — Urbs Hrasten = Wyssegrad. — Praga urbs. — Urbs Vlastislav. — Campus Tursko, ibidemque bustum Tyri. — Urbs Draguš. — Boleslav urbs etc.

(Cosmae Chron. Boem. — Vide Partem alteram nunc subsequentem.)

Pars altera.

Series alphabetica locorum saec. XI. et XIImi.

Albea, Albia, Albis. (Elbe, Labe.)

a) Mira res et unde perpendere potes quam in alto aere haec pendeat regio (Boemia), cum nulla peregrina hanc influat aqua, sed quotquot amnes, parvi et immanes, ex diversis montibus orti, a majori aqua, quae dicitur Labe, recepti usque aquilonale fluunt in mare. (Cosm.) — *b)* Caput Albeae: Et sic Odera sursum usque ad caput ejus; inde quasi recta via usque ad caput Albeae atd. — *c)* Ad Opatovice: 1086 circuitus villae Opatovic a fluvio Labe usque ad pirum; villa Brezi et silva Drahun et fluvius, qui ipsam circumfluit silvam, et humulum, qui circa flumen Albiam reperitur. — *d)* Ad Tynec: 1183 Tynec cum silva, quae super Albiam jacet. — *e)* Ad Cidlinae ostium: 1110 Poloni quoadusque pervenientes juxta oppidum Oldris applicuerunt ad undam Labe fluminis. (Cosm.) Boleslaus Polonus castrum movit nec ab illius ripa fluminis (Cidlinae) ad Labe flumen descendendo se removit, ibi vero juxta Labe fluvium illum fluviolum (Cidlinam) sine obstaculo pertransivit. (Mart. Gallus.) — *f)* Ad Lubic: Lubic metropolis sita loco, ubi amnis Cidlina nomen perdit suum, intrans in fluvium Labe. (Cosm.) — *g)* Ad Poděbrad: 1124. Progressus itaque Otto Bambergensis abbatiam Setzkeam (Sadska) petiit; inde ad Albeam divertit (Vita Ott.). Inde per Satischan in Albe fluminis ripa sitam ecclesiam. (Ib.) — *h)* Ad Lissam: 1291 Brachium Albeae seu lacum quendam sub Lissa, vulgo dictum tóně. — *i)* Ad Toušeň: 1293 naulum in Tussen villa. — *k)* Ad Boleslav

Antiquam: Boleslaus I. populi primates convocat in unum et deducens eos in locum juxta flumen Labe: Hic — inquiens — volo et jubeo, ut mihi opere romano aedificetis murum urbis nimis altum per gyrum. (Cosm.) — Urbs Boleslau juxta flumen Labe. (Ib.) — *l*) 1117. Borivoj dat fratri suo dimidiam sui ducatus partem, quæ sita ultra fluvium Labe tendit ad aquilonem. (Cosm.) — *m*) 993 Cum paludibus et flumine Ogre (apud Heridel) usque ad Albiam. — *n*) 1057. Mediam quoque partem de omni theloneo nobis (duci) debitam, tam a descendentibus quam ab ascendentibus per Albiam, Lutomericensi tribuimus ecclesiae. — *o*) 1226. Donavimus congregationi domus Doczanensis, ut absque theloneo per omnes transitus nostrae ditionis navem unam per Albiam in Swrbiam educant et reducant cum sale et aliis rebus, quibus indiguerint. — *p*) Ca. 993. Teloneum Na usty super Albiam (i. e. Ústí, Aussig). — *q*) Albia primo impetu Bechemos alluit cum Sorabis. (Adam Brem. II, 19.)

Altus mons.

1179. In superiori parte utriusque terrae, Boemiae sc. et Austriae, terminus est mons, qui dicitur Altus; ab illo monte terminus dirigitur usque ad concursum duorum rivulorum, Schremelize, Lunzenice.

Schrems et Lainsitz = Skřemelice et Lůžnice in Austria inferiori. Verisimillime Höchberg ad Karlstift.

Apostolorum Porta. (Postoloprty = Postelberg, Žat. 25.)

Neclan dux novam urbem in plano loco construens, nom. Dragus, super ripam fluvii Ogre, juxta pagum Postoloperth (Postolopirth, Postoloprth), ubi nunc cernitur S. Mariae coenobium — tradidit civitatem Duringo paedagogo. (Cosm.)

Monasterium ordinis S. Benedicti fundatum ca. a. 1121 et Apostolorum Porta nuncupatum. Abbates: A. 1147 obiit Izcislaus quintus abbas Postolopertensis ecclesiae, cui successit Bero Zazoviensis monasterii decanus. Bero autem praefuit eidem ecclesiae usque ad a. 1156, quo mortuus est. A. 1157 obiit Fridericus abbas Postolopertensis. (Cosm. Cont. Sazav.)

Argentaria super Msea. (Stříbro, Mies, Plz. 394.)

1140—73. Wladislaus II. praepositis Gervasio et Martino dedit „ad Argentariam super Msea“ terram duorum suspensorum, quam illi contulerunt hospitali S. Joannis Hier. possidendam. 1183. Fridericus dux fratribus S. Joannis Hier. confirmat donationem uxoris suae Elisabeth, „sc. parochiam S. Mariae ad Argentariam, ita quod nulli liceat ibi aliam ecclesiam aedificare praeter voluntatem eorum“. — Cc. 1184. Heinricus episc. Prag. fratribus iisdem concedit et confirmat „ecclesiam a ducissa Elisabeth super Mesea in honorem b. Mariae fundatam et ab eadem simul cum marito, duce Friderico, hospitali Jherusalem jure perpetuali possidendam, collatam, suoque sigillo confirmatam“. — Cc. 1188. Fridericus dux „rogatu et voluntate D. Elisabeth ducissae, conjugis suae, dat hospitali S. Joannis Hier. XII marcas argenti solvendas de argentaria super Msea amplius singulis annis in die Ascensionis Domini jure hereditario, in concambio sc. pro hereditate, quam praepositi Gervasius et Martinus ibidem dederant praedicto hospitali“. — Cc. 1188. Fratres hosp. ibidem emerunt aliam terram a Widgone cum aqua et molendino pro IX marcis argenti, et ibidem superius aliam villam a Conrado cum aqua et molendino pro XII marcis argenti.

Babina. (Babina, Plz. 407.)

1175. Soběslaus II. donat mon. Plas. circuitum Oboram, Kretsov et Babinam.

Badry (?) **v Boleslavšče.**

Ca. 1088. Wratislaus II. rex eccl. Wyssegrad. contulit „Badreh de terra VII manses cum vinitoribus IV.“, quorum nomina sunt ista: Radon, Nuzek, Casca, Lubgozt.

Bašč. (Bašť Malý et Veliký, Kúř. 242.)

Ca. 1088. Basci terra eccl. Wyssegrad. ad VII aratra cum duobus cocis, Tehan, Svojboh. — Silvas addidit Wratislaus rex Bazci. — 1130. villa Basci, duorum fratrum W. usibus deputata.

Bavorovici. (Bavorovice, Bud. 302.)
Baworowici villa mon. S. Georgii in provincia Netolicensi.

Bdenewici (?)
1197. Sdislav hereditatem Bdenewiz, quam habuit, secundum hereditarium jus Cladrubensi coenobio legitimo jure vendidit.

Bechyně (castrum, caput **provinciae Bechynensis.** Bechyně, Táb. 275.)
Bechynensis provincia. Tumulus Kazi super ripam fluminis Mse, „juxta viam qua (de Praga) itur in partes provinciae Bechin per montem qui dicitur Osseka." (Cosm.)
1234. Villa Hruztizc in prov. Bechynensi. 1267 In provincia Bechynensi Wesce, Tukleky, Hosty, Dúbravice, Netěchovici, Nuzici, Hodonici, Vranov. 1283. tres villas in villicatione Tinensi, Bechynensis provinciae, circa Přibenic: Rzepecz (dvojí), Bethcici.
Bechynensis archidiaconatus. Archidiaconi: 1167. Detleb, 1176, 1184 Hermannus, 1186 Engelbertus, 1203 Vécemil.

Běchovici. (Běchovice, Kúř. 235.)
Behowici villa mon. S. Georgii.

Bělá. (Bělá, Weissensulz, Plz. 378.)
1121. Quidam ex Teutonicis infra terminos Boemorum in silva, ad quam itur per villam Bela, in praerupta rupe aedificabant castrum. (Cosm.)

Bělané. (Bílany, Čásl. 188.)
Ca. 1142. Belani villa a dom. Miroslao collata mon. Sedlec.

Bělčici. (Bělčice, Prach. 342.)
1183. Fridericus I dux hospitali S. Joannis Hier. confirmat villam Belchiz, quam Drisizlaus filius Helie dedit.

Bělina fluvius. (Bílina = Biela.)
Fluvius non adeo magnus, nom. Belina, cujus super ripa dinoscitur esse villa nom. Stadici. (Cosm.) — 1040. Saxone

Boemiam ingrediuntur et unam parvam regionem, quae est circa fluvium Belinam, demoliuntur. (Cosm.)

Bělina urbs, suburbium et forum. (Bělina = Bilín, Lit. 49.)

Urbs: 1040. Relatum est duci de Pricos comite, qui praefuit Beline in urbe, quod corruptus Saxonum pecunia non stetisset ex adverso munitionis in custodia etc. (Cosm.)

1061. Mztis comes urbis Belinae, filius Boris, in honore S. Petri ap. aedificavit ecclesiam. — Nuntius: „Ablata est tibi urbis praefectura et data Koyatae.“ Comes: „Dux est et dominus; de civitate sua faciat, quod sibi placet.“ (Cosm.)

Suburbium: 1061. Ecclesia (St. Petri), quae est sita in suburbio, mox dedicata, ascendit dux in urbem ad prandium. (Cosm.)

Forum: 1208. Přemysl I. absolvit fratres Ossec. et liberos esse decernit ab omni telonei exactione in foro Belinensi ...

Bělinensis provincia. (Bělinsko, Bělsko.)

Dux Lucensis condidit urbem, quam appellavit nomine suo Wlastislaw, in confinio duarum provinciarum, Belina et Lutomerici, et posuit in ea viros iniquos, ob insidias utriusque populi, quia hi adjuvabant partes Boemorum. (Cosm.)

993. Papalis confirmatio mon. Brewnow.: „decimas quoque trium provinciarum, Lutomericensis, Belinensis, Decinensis.

Ca. 1057. Spitigneus II. addidit adhuc XII rusticos in Luthomiric, totidem in Belina, doti eccl. Lutomer.

1088. W belse: Sihlicih de terra ad duo aratra; in alia villa eodem nomine nuncupata terra ad aratrum cum vinitore. Coiaticih ab hospitalibus per totam villam decima eccl. Wyssegrad.

1130. Decimam marcam de annuo tributo fratres Wyssegrad. in his civitatibus habeant, vid. Lutomericih, Beline, Dacine.

1169. Wladislaus hospitali S. Joannis Hier. confirmat „duas villas in provincia Belinensi, dictas Borislave et Hribovici, quae coronae meae adjacebant.“

1208. Premysl I. fratres Ossek. absolvit ab omni telonei exactione in foro Belinensi et in singulis ipsus provinciae foris.

1209. Premysl I. dedit fratribus mon. Ossek., ut per omnes Belinensis provinciae semitas sine teloneo exeant et merces suas libere transferant. — 1232. Decimae mon. Brewnov. de Lutomirzko et de Belinzko et de Dezko. — Ca. 1240. V. et B. de Belusitz, I. de Rasitz, H. de Robschiz, B. de Zwez et multi alii de Belinensi provincia. 1305. Krupa in Belinensi provincia.

Beneficiarii: 1041. Prikos comes, qui praefuit Belin in urbe. (Cosm.) — 1043. Eppo praefectus Belinensis. — 1061. Mstíš comes urbis Belinae, filius Boris (Boreš). (Cosm.) — 1061. Kojata filius Wsebor, praefectus urbis. (Cosm.) — 1172. Sezema comes de Belina. — 1187. Boguta castellanus de Belina. — 1207. Slavco comes Belinensis. — 1222. Jaros castellanus. — 1169. Mojek venator de Belsk.

Archidiaconatus Belinensis. Archidiaconi: 1216 Benedictus, 1229 Pribislaus etc.

Běstvina. (Čásl. 211.)

1137. In partibus Caslaw est quaedam villa, Beztwina vocata. Convocatis vicinis omnem circa villam per paludes et frutices quaerebant mulierem. (Cosm. Cont.)

Beneševici. (Benešovice = Beneschau, Plz. 395.)

1115, 1186 villa Benesevici (Benessowici) inter Msam et Msičkam antiquitus constituta. — 1186. Villa aliis terrae beneficiis ante attributa. — 1239. Wenceslaus I. eccl. Kladrub. in recompensam dedit villam nom. Benessowice hereditario jure possidendam, consentiente Pragensi praeposito, qui eandem villam ex parte nostra nomine Pilsenensis capellae S. Laurentii possidebat. — Benesovici, villa mon. Kladrub, quae pertinuit ad capellam Pilznensem·

Bezdědovici villa et circuitus. (Dědovice, Prach. 331.)

Ca. 1186. Patruus Friderici ducis, dux Heinricus, mo Kladrub. contulit circuitum, in quo sunt villae sex, et haec earu nomina: Bezdedowici, Oczcici, Leskowici, Waltherowo, Wra woyowici. — 1239. Reingerus abbas villam Zhors commutav

pro circuitu, nom. Bezdedich, qui situs est in provincia Selenensi (?), cum milite regis Vatone ac fratre suo Bohuslao.

Bezděz (?) (Bozdiz.)

1185. Fridericus dux Hadmaro de Chuenringen terram Withra in beneficium concedit, quae acta sunt in Bozdiz.

Bezemin. (Bezemín = Wesenin, Plz. 405.)

1115. Prestan mon. Kladrub. dedit Bezemin dimidiam villam.

Bezno. (Bezno, Bol. 82.)

Ca. 1088. Wratislaus II. eccl. Wyssegrad. contulit „Bezne de terra ad III aratra". — 1130. „Bezne duorum fratrum Wyssegrad."

Bijedli. (Bijadli, Klat. 386.)

1115. villam Bijadli Wladislaus I. mon. Kladrub. contulit totam praeter duas mansiones. — 1186. Villam Bigedl praeter duas mansiones, quas duas mansiones et villam Ogniscouiz etc. Fridericus dux contulit eidem loco jure concambii pro circuitu, qui dicitur Olesna.

Bíseň. (Byseň, Rak. 4.)

1052. Brecislaus I. mon. Boleslav. ad agenda quaeque negotia dedit Besenez Sina, qui dedit in loco sui Sinogorum Welpridech cum sex filiis.

Blahotici. (Blahotice, Rak. 3.)

Ca. 1088. Blahoticih terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum cum ministeriale.

Blanice flumen. (Prach.)

1092.—1100. Brecislaus II. mon. Ostrov. dedit capellam S. Petri (in Putim) cum terra ad quatuor aratra et partem fluminis de Blanycye.

Blažim. (Blažim, Ber. 251.)

Ca. 999— 1003 Boleslaus III. mon. Ostrov. confert villam Blažim cum circuitu silvae.

Blažim. (Blažim = Plaschin, Plz. 405.)

1183. 1185 Fridericus dux hospitali S. Joan. Hier. pro Borislau dedit quasdam villas quondam ad Sathec pertinentes, jam diu fere desertas: Ztare Zedlo, Sblasin (Sblasino), Inmeroui, Krizi.

Blehov. (Blahov = Plahow, Lit. 73.)

1167. Milota filius Zdeslai veniens ad conversionem, duas villas dedit mon. Lutomysl., Blegou et Na brezne. — 1197. Groznata fundator mon. Teplensis, cognatis suis, ut monasterio fideliter assistant, dedit: Blehow Blehoni.

Bnišici, (Bnečice, Ber. 241.)

Bnisicih villa mon. S. Georgii.

Boemi (tribus).

Wlastislaus dux Luczanorum, vir bellicosus, contra Boemos frequentes susceperat bellum, terramque eorum saepe ingressus caedibus, incendiis ac rapinis crudeliter devastarat. (Cosm.) — Condidit urbem, quam appellavit nomine suo Wlaztizlaw, inter duos montes Meduez et Pripek, sc. in confinio duarum provinciarum Belina et Lutomerici, et posuit in ea viros iniquos, ob insidias utriusque populi, quia hi adjuvabant partes Boemorum. (Cosm.) — In campo qui dicitur Tursko, bellum consertum est inter Boemos et Luczanos. (Cosm.) — Boemi (post victoriam Turscensem) intrantes terram Wlastislai et nullo resistente devastantes eam, civitates destruxerunt etc. (Id.)

Boemi (natio vel omnes tribus terrae Boemiae).

Boemi: Widukind † 1004, Bojemi: Thietmar † 1019, Boemi: Cosmas † 1125.

Boemia (pars terrae).

Slavnik dux sui principatus habuit hos terminos: Ad occidentalem plagam, contra Boemiam, rivulum Surinam et castrum quod est situm in monte Oseca juxta flumen Msam. Similiter plagam ad australem, contra Teutonicos orientales, has urbes habuit terminales: Chinov, Dudlebi, Netolici usque ad mediam silvam. Item solis ad ortum, contra Moraviae regnum castrum sub silva situm, nom. Luthomisl, usque ad

rivulum Switawa, qui est in media silva. Item ad aquilonalem plagam, contra Poloniam, castellum Cladzko, situm juxta flumen nom. Nizam. (Cosm.)

Boemia (tota terra).

Priusquam ad exordium narrationis veniamus, situm terrae hujus Boemicae (Boemiae) et unde nomen sit sortita, exponere temptabimus. (Cosm.) — Quia tu, o pater, diceris Boemus, dicatur et terra Boemia! — Omnes tribus terrae Boemiae. — Urbem Pragam, totius Boemiae dominam. (Id.) — Boemia habet regem et viros bellicosos; plena est ecclesiis et religione christiana. (Helmold saec. XII.)

Boemicus saltus seu nemus.

Guntherus eremita deserti loci secessum cum aliquantis sibi de Altah cohaerentibus in quodam Saltu Boemico petiit, ibique cellulam in honore S. Joannis B. construxit et ipsum locum Rinchnach proprio nomine appellavit, in qua ad 37 annos vixit. (Vita Gunth.) — 1154. In illis diebus Orientalis Saxoniae principes et aliqui de Bavaria condixere colloquium, evocatusque archiepiscopus occurrit eis in Saltu Boemico. (Helm. I. 79.) — Australe litus Albie ipso tempore coeperunt incolere Hollandrenses advenae, civitates et oppida multa valde usque ad Saltum Boemicum possederunt Hollandri. (Id. 87.)

Boguňovice. (Bohňovice, Chrud. 178.)

1167. Bogunouice nurus regis Wladislai II., uxor Friderici, licentia regis ecclesiae Lutomyšl. contulit.

Bohy. (Bohy, Plz. 408.)

Bozeh villa mon. S. Georgii.

Bojanovici. (Bojanovice, Ber. 250.)

1107.—09. Svatopluk I. Boyanowicyh villam contulit mon. Ostrov.

ojiště (in partibus superioris Novae civitatis Pragensis, apud ecclesiam Sti. Joannis evang.).

1177. Fridericus cum Conrado Moraviensi Soběslaum eminus venientem in campis Wissegrad, loco qui nunc dicitur Woisce…

Dom. Elisabeth voto se obligaverat ad Dominum, ut si victoria donaret virum suum (Fridericum), ecclesiam ibi construeret in ipso loco certaminis, quod postmodum devota implevit. (Gerlach.) — 1183. Consecrata est basilica, quam ob memoriam victoriae Friderici ducis uxor ejus E. construxerat. — 1183. Ecclesia S. Joannis Ev. in loco, qui dicitur Boisci. — Ecclesia quam E. inter Pragam et Wissegrad in honore S. J. E. aedificaverat. — 1199. Locus qui vocatur „Porta lupi“, meta agrorum circa ecclesiam S. Joannis in Bojisce sitorum versus orientem.

Bojmici. (Bohnice, Rak. 15.)

1158. Consecrata est ecclesia S. Petri, cujus constructor fuit Gervasius Wyssegrad. praepositus et cancellarius. — 1228—1233. Boymici villa mon. S. Georgii.

Bojšici. (Boješice, Ber. 268.)

Ca. 1088. Bogsicih terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum et vinea cum vinitore Dobrata.

Boleslav Antiqua. (Boleslav stará, Kúř. 240.)

Unum Boleslai I. satis audax et memorabile facinus, quod retro dierum in juventute sua fecit, referre cupimus. Factum est ut in mente conciperet, quo sibi urbem romano opere conderet; moxque populi primates convocat in unum, et deducens eos in locum juxta flumen Labe, atque designans locum, aperit eis sui cordis secretum: Hic, inquiens, volo et jubeo, ut mihi opere romano aedificetis murum urbis nimis altum per gyrum. — Ad ducis voluntatem aedificant civitatem spisso et alto muro, opere romano, sicut hodie cernitur, quae ex nomine sui conditoris Boleslav dicitur. (Cosm.)

Umoli-že Boleslav brata Vjačeslava, priiti na osvjaščenije cerkvi. Vъzchotě-že Vjačeslav otiti od grada i umoli jego Boleslav. (Leg. 125.) — Vjačeslav ne jechav v dom svoj i vsěd na koň svoj, načať igrati so slugami svojimi na dvorě Boleslavli. — Togda Boleslav posla jereja i slugy svoja i prinese tělo brata svojego, svjatago Vjačeslava, iz Boleslavja-grada v Pragu. (Ib.)

Ecclesia S. S. Cosmae et Damiani: Běchu-že svjašcenije cerkvi togda v nedilju-že obědnjaja, v njuže tvorjaše prazdnik svjatych bezmezdnik Kozmy i Damiana. (Leg. 131.) Vjačeslav-že vzpusti i (Boleslava) i poběže k cerkvi. (Leg. 132.) Krasej-že pop, v'zem blažennago pred cerkoviju, položi, pokry jego. (Leg. 132.) I položiša Vjačeslava v cerkvi. (I. b.)

Curia vel domus Gněvsae ibidem. I v tu-že nošč snidoša sja ratnici, iže tii zlii sovětnici, v Gněvesej dvor, prizvaša k sebě Boleslava. (Leg. 131.)

Castrum Boleslav verisimillime est illud suburbium Ninunburg, ubi datum est diploma Ottonis I. regis 16. Julii 950: Beheim in suburbio Niunnburg. Urbs, quae nuncupatur Nova. (Widukind ad 950.)

Capitulum seu monasterium. 1041. a Brecislao duce inchoatur monasterium canonicorum in Boleslau (Neplach). — 1046. dedicatum est monasterium in urbe Boleslau XII. Kal. Junii a Severo episcopo. (Cosm. Cont.) — 1052. Bracislaus in urbe Bolezlauensi monasterium construens, ubi quondam corpus olim patron nostri Wenceslai trium spatio annorum requievit, nunc vero ibidem quinque corpora s. fratrum servantur.

Praepositi: Hermannus, a. 1099 factus episcopus Pragensis. Petrus 1160 sq., Cuno 1176, Pribizlaus 1184, Christophorus 1195, Andreas 1201. Praepositura Bolezlauensis 1220 etc. Canonici: Themo 1228, Radoslav 1234 etc.

Boleslav provincia (Boleslavsko).

1052. de urbibus Zatec et Boleslaua utraque de omnibus quaesitis et inquirendis decimum denarium Brecislaus I. contulit eccl. Boleslav.

1130. Secundum praedecessorum ducis Sobězlai instituta fratres eccl. Wyssegrad. habebant decimam marcam de annuo tributo in his civitatibus: Bolezlaui.

Ca. 1057. In provincia Bolezlauensi: Hotetove, Brisac, Bozni. — Ca. 1088. W bolezlauzce: Vykouicih, Cekouicih, Bezne, Jazenice, Badreh. — Ca. 1239: In provincia Bolezlauensi: Sesemici, Radouanovici, Cobili et Sovinici villa. — 1274. Uhretz in Boleslav. prov. — 1306. Mšeno v kraji B.

Castellani: 1177. Pribislaus cast. de Boleslau. — 1183. Lutebor cast. de Boleslaw. — 1184. Zawisse cast. de Bolezlav.

Archidiaconatus Boleslavensis. Archidiaconi: Othmar 1167, Clemens 1227, Radoslav 1238.

Boleslav nova. (Boleslav juvenis, Boleslav mladá, Bol. 77.)

Monasterium Boleslav. habuit de urbibus Zatec et Boleslau utraque de omnibus quaesitis et inquirendis decimum denarium. 1132. Milong proanimatus cum uxore et filiis et filiabus de Nouo Bolezlau et ipse VI denarios jussus est; quorum proanimatorum si prosapia defecerit, ecclesia Vneticensis terram habeat.

Bonjatici. (Bonětice Velké et Malé = Wonietitz gross u. klein. Plz. 396.)

1115. Villa Bonatici (Bonetici), inter Msam et Msickam antiquitus constituta. 1186. aliis terrae beneficiis ante attributa.

Bor silva ad Sedlec.

1142. Monasterio Sedlec. a primo fundationis suae exordio collatae sunt possessiones: Cacin cum omnibus attinentiis suis usque ad rivulum circa Borram silvam fluentem.

Bor ad Manetin.

1193. Dietlebus villas patris sui Gumpoldi mon. Plas. restituit: Dubrauiz, Bor, Mladatiz.

Bor silva ad Olešek. (Lit. 43.)

1140—75. Wladislaus II. mon. Doksan. has villas donavit: Olesec cum Bor adjacente.

Borek. (Borek, Ber. 273.)

Borek villa mon. S. Georgii.

Bořenovici. (Bořanovice, Kúř. 241.)

Saec. XII. Paulus atavus Climatae de Vsenor. mon. Ostrov terram ad aratrum in villa Borenovicyh cum silva. — Boranowici villa mon. S. Georgii.

Borislav. (Bořislav = Boreslau, Lit. 53.)

1169. Borizlau villa coronae in prov. Belinensi, a Wladislao II. rege hospitali S. Joannis Hier. donata una cum Hrbovici, „quae coronae meae adjacebant“. — 1183, 1185. Fridericus dux „pro Borizlau et ejus pertinentiis“ dat fratribus S. Joannis Hier. quasdam villas quondam ad Sathec pertinentes. 1186. Fridericus dux iisdem fratribus villas quas ab eis in concambio acceperat, Borizlau sc. et ejus appendicia, tradidit atque iterum pro annuali censu in vita sua tenenda ab eisdem fratribus recepit.

Borované. (Borovany = Forbes, Bud. 319.)

1186. Vicinatus, qui cum castellano de Dudleb disterminationi praedii infra portam provinciae adfuit; sc. Borowani.

Borované. (Borovany = Turban, Plz. 396.)

1115—1186. Wladislaus I. mon. Kladrub. dedit villas viginti quinque plenas: Borouane, Borowene.

Bošť, Na boště. (Voč = Wotsch, Botsch, Žat. 33.)

Ca. 1057. Na boste (na bosche) Mal carpentarius eccl. Lutomer. cum terra.

Botič fluvius.

1183. Fridericus dux fratribus hospitalis S. Joannis H. dedit Botis fluvium cum loco piscinae et molendini. — Ca. 1184. Rivulus nom. Boticz cum stagno et loco molendini.

Bozeň castrum, caput provinciae Bozenensis. **Provincia Bozenensis, Bozensko.**

Cc. 1057. In provincia Boizenensi (Boyzenensi): Drasovicih. Sivogosci. Cc. 1088. In provincia Boizez: Sutticih, Rastileh. Cc. 1159. Possessiones, quas fratres S. Joannis Hier. justis sibi acquisierunt modis, quemadmodum Gozarovici, cum omnibus circuitionibus silvarum sive rivulorum aut agrorum, quos vel quas habent in provincia Boysez. Cc. 1228. In provincia

Bozensi: Na gradisci, Za goru, Na poli, Podruhli, Husinci Drahinicih, Kuclic, Luscowicih, Na ztesowe, Nerestzi; silva Kletec. 1233. In provincia Bozesco. 1234. Villa abbatis de Milewsk, nomine Horuzedli, in provincia Boseczensi. 1260. Villa Crassitz in prov. Bozinensi. (Eml.) 1305. Zaborsie et Wirben in Bozinensi provincia. (Eml. 890.)

1183. Milgost comes, beneficium habens in Bouses et summus venator silvarum spectantium in Netholic. Pozden de Pestodub, major procurator in beneficio Milgost.

Božkovici. (Božkovice, Ber. 252.)

1132. Pribislava coniunx Groznatae, villam Bosakouic ad hospitale Deo et S. Joanni B. in Zazou obtulit. (Cosm. Cont.)

Branik. (Braník, Kúř. 244.)

Ca. 1088. Branice III. manses cum ministerialibus eccl. Wyssegrad.

Bratronici. (Bratronice, Prach. 341.)

Bratronici in provincia Prachensi, villa mon. S. Georgii.

Bratřejov. (Bratřejov, Ber. 260.)

1184. Henricus ep. inveniens agros episcopales *) agris Georgii de Mileusc permixtos et hinc inde dispersos, fecit concumbium cum Georgio, recipiens quatuor villas, quorum una dicitur Ztrana, altera Bratreo, tertia Zbudco, quarta Chrazna. —

*) i. e. villulas episcopales dictas Dobrotessic, Mymonowic, Graycovic.

Bratřenov. (Bratřínov, Ber. 250.)

Saec. XII. Chotimir bonae indolis vir, filius Hilconis, dedit mon. Ostrov. terram ad aratrum in villa quae dicitur Bratryenow.

Brazdim. (Brazdim starý, B. nový, B. veliký, Bol. 239.)

1052. Prisnin villa quam Brecislaus I. contulit eccl. Boleslav.

Brdce rupis.

1132. Zbigneus sacerdos eccl. Uneticensi subjugavit: Huatym cum campo, et ecce meta: Magna via quae vadit Pragam.

atque Calysce; Bridce rupis, aspiciens aliam rupem ultra rivum qui Statynnice.

Brná. (Brná = Pirnay, Lit. 48.)

1057. Spytigneus II. eccl. Lutomer. dat XIV. villas censualibus hospitibus ordinatas et ornatas servientibus ac araturis et bubulcis etc. Berna, Pirne. — 1233. Abbas et conventus mon. Tepl. fratribus hospitalis S. Mariae de domo Teutonica ad S. Petrum Pragae exposuerunt has villas: Buhcowici, Nezel, Ugezdec, curiam in Lutomiric, Perna cum vineis ac aliis pertinentiis pro CCCC marcis et insuper in puro argento CC marcas eisdem plenarie persolverunt.

Brňané. (Brňany, Lit. 43.)

Ca. 1057. Brennaz Jacub nutritor equorum cum terra ad aratrum, ministerialis eccl. Lutomer. — 1226. Ulricus comes de Sizenkov domui Doksan. dedit villam Bernan cum filia sua Margareta, quae postmodum Rochow villam pro C marcis comparavit etc. (Brňás loc.)

Brnky. (Brnky, Kúř. 242.)

Villa Breneci mon. S. Georgii.

Brod. (Na Brodě ad Beroun.)

Ca. 1087. Wratislaus II. eccl. Wyssegrad. confert Na brode de terra ad II. aratra cum piscatoribus. — Na brode III manses cum piscatoribus. — 1179. Deventum erat ad fluvium cui nomen Misa, ibique in loco qui dicitur Brodt, figentes tentoria, manserunt septem diebus; inde progressi, pervenerunt ad locum et rivulum Lodenitze (Gerlach).

Brtčanie. (?)

1135. Ecclesia Wyssegrad. habuit Brtcaz terram ad duo aratra. (Brtčás loc.)

usnica rivus. (Bruska Pragensis.)

Hunc locum in silva ex parte aquilonali valde munit valle rofunda rivulus Brusnica. (Cosm.) — 1055. Jussit fornacem

dejicere in torrentem Bruznicam. — 1109. Flectit iter trans torrentem Bruznicam. — 1276. Hoc anno duo fossata facta sunt ante Pragense castrum; longitudo utriusque protendebatur a rivulo Bruska usque in Oboram. Ex alia parte castri, quod dicitur ad minorem portam, fossatum effossum a rivulo Bruska et ductum per montem Opis usque ad curiam episcopi. (Cosm. Cont.) — 1281. Pluvia descendit in maxima quantitate, subvertendo funditus aedificia murorum in Pragensi castro, circa ecclesiam S. Georgii murum castri versus aquilonem funditus evulsit et in Bruscam rivulum impetu suo dejecit. (Cont.)

Brznica torrens.

Distinguitur illa provincia (Lucensis) quinque regionibus locorum per compendia: tertia regio extenditur per circuitum torrentis Briznica. (Cosm.)

Břehoryje. (Břehoryje = Prehor, Lit. 71.)

1157—74. Judita reg. domui Doksan. dedit villam Brehori et mediam partem villae Rochow.

Břešť campus.

1132. Zbigneus sacerdos eccl. Unětic. dedit campum Bresti, pro ipso frater Zbignei debet dare C denarios.

Břevnov villa. (Břevnov, Rak. 15.)

Cc. 993. Boleslaus II. fundans monasterium O. S. B. Brevnovense contulit ei „villam Brevnowa nomine ante ipsum monasterium, cum omni familia et terra sufficienti“.

Mons apud Břevnov. Cc. 993. Mons incultus ad meridiem tendens a bivio quodam, in quo praeciduntur molares, Schirnovnice dicto, per directum usque ad Lesce et a Lesce usque ad saxum, qui est positus in via, per quam venitur ad civitatem Pragam.

Monasterium ordinis S. Benedicti a duce Boleslao II. et episcopo Adalberto ex praecepto Joannis papae constructum. Abbates: Clemens, cui Cosmas dicavit secund... partem suae chronicae. — Guntherus per Prezizlavum duc... sepeliendus deducitur ad monasterium Prevnouvense. (M... Inf. Altahae.)

1125. Sobeslaus de Saxonia rediit et prope urbem Pragam in silva, quae est circa coenobium Brewnov, noctu applicavit. (Cosm.)

Březí. (Břez-hrad, Hrd. 134.)

Ca. 1086. Wratislaus rex mon. Opatov. confert villam Briezi et silvam Drahune et fluvium, qui ipsam circumfluit silvam, et humulum qui circa flumen Albeam reperitur.

Březí juxta Čečin. (Březí = Pirk, Klt. 379.)

1186. Elisabeth ducissa hospitali S. Joannis Hier. quasdam terras in villa quae vocatur Prezu juxta Hethin (Stetin.) — 1199. Breza juxta hethin.

Březí. (Březí = Presey, Lit. 72.)

Ca. 1057. Villa Spytignei II., qui eam tradidit ecclesiae Lutomer., censualibus hospitibus ordinatam et ornatam, servientibus ac araturis et bubulcis cum omnibus necessariis, silvis vid. et pratis... — 1181. Arnoldus de Breza testis.

Březině-ves. (Březiněves, Březňoves = Weisskratschen, Klt. 243.)

Ca. 1159. Wladislaus II. hospitali S. Joannis Hier. confirmat possessiones, quas justis sibi acquisierunt modis: Bresina-ves et dimidiam partem silvae, quae vocatur Ledivy.

Březnice. (Březnice = Prissnitz, Lit. 56.)

1173—78. Possessio quam nob. Groznata domui S. Joannis Hier. cum Suadou et aliis villis vicinis contulit: Breznec. — In alia parte fluminis i. e. Albeae: Neschemici, Breznice. 1186. Breznice quam eis Willelmus et Olricus filii Groznatae dederunt et alias terras, quas ibi emerunt et a patre Friderici acquisiverunt. — 1188. Fridericus dux confirmat donationes nobilis Groznatae hospitali S. Joannis tempore Soběslai II. factas, quae sunt: Swadou, Koiatici, Breznec etc. — 1189. Otto dux confirmat hospitali S. Joannis Hier. possessiones, quas Groznata Crispus ei dederat ad serviendum pauperibus

et infirmis praedicti hospitalis. Fratres vero ejusdem hospitalis Groznatae concedunt villam Breznec, ut in vita sua sine censu cum et pro liberis possessionibus suis eam teneat etc.

Březnice ad Hartmanic cum teloneo.

Guntherus monachus a. 1008 heremum inhabitare coepit et 1045 in ulteriori heremo, quae Preznich vocatur, moritur (Mon. Inf. Altahae). — Brecislaus dux quadam die venatum exivit et in ipsa vasta solitudine rivulum parvulum a longe videt, pulcroque gramine circumdatum, quo in loco lapidem mirae magnitudinis et super eum cellulam vilibus de lignis constructam invenit. (Vit. Gunth. Er.) — Ca. 1045. Brecislaus mon. Brevnov. contulit teloneum in Breznich.

Březník campus. (Priessnitz, Lit. 56.)

1057. In Usti Krisan ecclesiae Lutomiricensis ministerialis, cum campo qui dicitur Bresnik, ibidem terram habens ad aratrum. Quem campum pro remotiore dux Spytigneus sibi adoptavit, praedicto ministeriali in villa eadem terram rusticalem ad aratrum mutuavit.

Březno. (Brezno = Priesen, Lit. 48.)

Reinardus filius Friderici de Spelunca, in morte sua Bresen contulit mon. Doksan. pro se et parentibus suis.

Břežané. (Břežany arcibiskupské, Kúř. 229.)

Ca. 1088 Bresaz VIII manses eccl. Wyšegrad. (Břežás loc.)

Břežané. (Břežany panenské, Kúř. 241.)

Ca. 1228. Bresani terra mon. S. Georgii.

Břežané. (Břežany, Lit. 45.)

Ca. 1057. Spytigneus II. eccl. Lutomer. contulit Brisac ministrum cum terra ad aratrum. (Brisac, recte Brisás loc.)

Břistev. (Břístev, Bříství, Kúř. 238.)

Saec. X. Monasterio Brewnov. b. Adalbertus de suo patr monio contulit quam plurima, sc. villas Bresey et Wykan

et alias villas et possessiones multas, insuper famulos et servitores.

Buben. (Buben, Plz. 411.)
1171. Gumpoldus de Buben testis.

Bubny. (Bubny, Rak. 13.)
Ca. 1088. Bubneh VI. manses cum custodibus ecclesiae Wyssegrad. — 1261. Campus Letne inter villas Owenec, Holisouicz et Buben. (Cosm. Cont.)

Bučina. (Bučina, Chrud. 178.)
1167. Petrus filius Lubmani dedit monasterio Lutomysl „villam suam Na bucine." — 1244. Drizcho de Buchina testis.

Budeč civitas. (Budeč, Rak. 15.)
Patre adhuc vivo, Wenceslaus ad litterarum disponi exercitia desiderans, ejus (patris) transmissu in civitate Budec litteris addiscendis est positus. (Gumpold.) Misit pater Wenceslaum in civitatem nuncupatam Budceam, ut ibi disceret psalterium. (Passio.) Wratizlaus dux filium suum Wenceslaum literis imbuendum traditit in civitatem, quae Budess (Budec) vocabatur, ubi ab antecedente fratre suo Spitigneo in honore b. Petri consecrata inerat et inest ecclesia. (Křistan).
Pervoje-že naustili Vjačeslava, da otženet mater svoju (Dragomíru), rekušče: „Choščetь tja ubiti sь bratoma: ta bo ubila jest i babu tvoju Ljudmilu." I otgna mater svoju v Budoč. (Život sv. Vacsl.)

Budegoščici. (Buděhostice, Rak. 8.)
1045. Brecislaus I. mon. Brevnov. contulit nomine dotis Budegosticih dimidiam villam. — 1088. Budegozticih terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum cum custode ecclesiae. — 1224. Wenceslaus I. homines quosdam glebae asscriptos, quos quondam Brecislaus in tribus villis ad regiam mensam in victualibus dandis specialiter pertinentibus, vid. in Budegostich, Nuthomicih et in Segrovich, mon. Brevnov. dederat perpetuo possidendos, ad petitionem Dlugomili abbatis ad vicina praedia

ejusdem monasterii, ne a beneficiariis vel a villicis regis diversimode et intolerabiliter de caetero laedantur, de villis nominatis transire fecit, ipsisque villis de novo fundatis propter majorem memoriam nova nomina taliter imposuit, ut illa villa quae sita est prope Budegostich, Camenice vocetur, quae vero prope Segrovich, nomen Lodenice sortiatur.

Bujesily. (Bujesily, Plz. 409.)
Ca. 1228 Buiezili possessio mon. S. Georgii.

Butivnice (?) **rivulus.**
993. Ex altera parte fluminis Wltawae a Bu . . vnyce usque Cresmna et usque viam quae dicitur Zlapcyce.

Bukované. (?)
1115. Wladislaus I. mon. Kladrub. contulit 25 villas plenas: Bucouane. 1186 Bukowa.

Bukovec. (Bukovec, Mogolzen, Klat. 379.)
1176. Dobrogost et Mutena fratres de Bukovec testes.

Buškovici. (Buškovice = Puschwitz, Žat. 37.)
1057. villa Bussovici quam Spytigneus II. dedit eccl. Lutomer. — 1197. Groznata in eventum confert villam Buschovice mon. Tepl. — 1226. Přemysl I. domui Doksan. contulit terram ad aratrum duorum hospitum in Bussowic. — 1226. Wolframus praepositus Doks. a Bunone filio Blehonis emit pro XXII marcis, quidquid habuit in Bussowic.

Buševici. (Bušovice, Plz. 188.)
1115. Boguhual Buseuicih ad unum aratrum mon. Kladrub.

Butov. (Butov = Wuttau. Plz. 394.)
1186. Silva quae est inter duo flumina Misam et Msickam usque ad Theutoniam cum eisdem fluminibus a villa Bot—

Butovici. (Butovice, Rak. 15.)
Ca. 1088. Butovicih terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum cu caliciario Milon.

Bydžov. (Bydžov, Bydž. 112.)

1186. Buitsow, ubi partem habebat hospitale S. Joann. Hier., datam a Boguša pro anima filii sui Boguše. Hanc partem accepit Primisl frater Friderici ducis pro duabus villis Quastici super Medhuje et Ples.

Bykoš. (Bykoš, Ber. 273.)

Ca. 1172. Časta filius quondam Vojslai camerarii regis custodi sepulchri S. Wenceslai in castro Pragensi confert villam Bikkos. — 1227. Donatio ad capellam S. Wenceslai martyris pertinens, de quae custos ejusdem valeat sustentari: In villa Bichos curia cum possessione et dote ad aratrum pertinente et IV hospitibus et orto. — 1229. Wenceslaus junior rex confert sepulchro b. mart. Wenceslai quasdam possessiones in villa Bikos, cum pratis, silvis, montanis, convallibus, rivis et aliis eis attinentiis, exceptis nostris foenisectoribus.

Bziň. (?)

1115. Wladislaus I. mon. Kladrub. contulit villas quatuor Bzini.

Cerekvice. (Cerekvice, Chrud. 178.)

1167. Wladislaus II. mon. Lutomysl. dedit Suabenice cum flumine Dezna a ponte, qui est in Longis pratis, usque ad villam Cerekvice, et silvam totam quae dicitur Proznice et Prozna. — Cerekvice cum flumine et silva nurus regis, uxor Friderici, licentia regis eidem ecclesiae contulit.

Cidlina amnis.

Slavnikonis ducis metropolis fuit Lubic, sita in loco, ubi amnis Cydlina nomen perdit suum, intrans liberioris aquae in fluvium Labe. (Cosm.)

1110. Qui (Boemi) occurrunt eis (Polonis) ex ista parte amnis Cydlina juxta pagum, qui dicitur Lučica. (Cosm.) Cum — Boleslaus Polonus — fluvio cuidam, non magno quidem sed

difficili transitu, propinquaret, ex altera parte fluminis exercitu congregato dux Boemorum residebat, qui Boleslaum ibi, non ausus alibi, difficultate loci confisus, transitum prohibiturus exspectabat. (Mart. Gall.) Sicut Poloni modo sursum modo deorsum transire reputabant, ex altera parte fluminis ita Bohemi contra stabant. Erat enim fluvius paludosus, tantae multitudini nullo resistente periculosus. (Id.)

Crmna. (Rufus puteus, Čermná, Leukersdorf, Lit. 56.)

1169. Wladislaus II. hospitali S. Joannis Hier. dedit silvam quandam usibus ipsorum necessariam juxta Olesnice, protendentem in medium montem Chwojen ad fluvium qui dicitur Lupuhce et ad villam Camic et ad Procetin, deinde usque Tesc et tunc ad Rufum Puteum et sic jacentem usque ad dictum fluvium Lubuhce, ubi sumpsit initium.

Chwojen—Chvojno: Kahn, Lit. 57. Lubuhce—Libouchec: Königswalde, Lit. 59. Tesc = Tscheche ib.

Crnín silva et villa. (Černín ad Kralóv Dvór, Ber. 273.)

1039. Brecislaus I. Polonis de castello Gdec in Boemiam perductis dat partem silvae, quae vocatur Crnin, non modicam. (Cosm.) — Brecislaus I. mon. Ostrov. dedit Cyrninye terram ad IV aratra.

Crnkov. (Černkov, Ber. 269.)

1228. Cirnkov villa mon. S. Georgii.

Crnohať. (Černá Hať = Tschernhait, Plz. 407.)

Ca. 1193. Dětleb filius Gumpoldi tres villas dedit mon. Plas: Scernogat.

(Quoad formam confer Cernodub 301, Černodol 313.)

Crnotici. (Černútky. Bydž. 131 aut Hrad. 136.)

1135—39. Joannes ep. Prag. mon. Strahov confert Cirnoticih quantum habet.

Crnovice. (Černovičky, Rak. 14.)

1178. Soběslaus II. eccl. Wyšegrad. dedit Cerno LXX. jugera.

Crnúc. (Cernoc, Czernúz, Žat. 38.)
Ca. 1102. Villa, quam Nemoy de genere Wrisevici post mortem suam destinavit ecclesiae Wissegrad: Crnuc.

Crnúc na Turšče, Crnúc major. (Černuček, Černouček, Rak. 10.)
Saec. XII. Swoyše famosus comes, dedit mon. Ostrov, terram ad tria aratra, et hoc in villa Crynucy na Turscye, et aliam terram ad duo aratra in villa, quae dicitur Chomutovycyh. — 1253. Wenceslaus I. hosp. S. Francisci confirmat villam Chrinuz majorem, quae a Praga fere ad duo miliaria distat, quam Bohuslava relicta nobilis viri Zvestonis coram omnibus nobilibus regni, assentiente filio suo Sulislao milite, in mon. S. Francisci in die S. Spiritus libere contulit post mortem suam hospitali.

Ctimiře-Vesce. (?)
Ca. 1228. V cistimira Wesci poss. mon. S. Georgii in provincia Netolicensi.

Čachovice (Čachovice, Kúř. 243.)
1167. Milacco archidiaconus mon. Lutomyšl. dedit Cahovicih de terra ad aratrum.

Čanatici. (Čenětice, Kúř. 230.)
Ca. 1088. Canaticih terrae eccl. Wysegrad. ad aratrum cum figulo.

Časlav provincia et castrum.
1052. Brecislaus I. eccl. Boleslav. addidit decimationem, quae pertinent ad urbem Caslaue.
Cc. 1126. Circuitus Lubac cum silva interjacente Cazlavensem et Brinensem provinciam. — Post 1144. Silva quae interjacet inter Czaslavensem et Brinensem provinciam. — 1130. Fratres Wyssegrad. secundum praedecessorum Soběslai I. instituta habebant decimam marcam de annuo tributo in civitatibus sedecim; Soběslaus addidit eis in tribus his civitatibus: Rokitnah, Csazlavi, Chinove etiam decimam marcam

annui tributi. — 1134. In hostili depopulatione Silesiae de Boemis, praeter Czaslavienses etc. plures non fuerunt. (Cosm. Cont.) — 1137. In partibus Czaslaw est quaedam villa Beztwina vocata. (Cosm. Cont.) — 1207. Theobaldus dux Czaslavensis, Chrudimensis, Wratislaviensis. — 1248. Wenceslaus I. baronibus, nobilibus, beneficiariis et judicibus in Schazlaw praecipit, ne libertates ecclesiae Sedlecensi indultas, infringant. — 1274. Pnovicz in provincia Chazlav sita.

Časlavienses beneficiarii:

1175. Budiwoj praefectus de Sceazlaw. — 1207. Petrus castellanus in Caslaw. Ponata miles ejus. — 1207. Rudolfus judex, Nuzera miles ejus.

Čebivo. (Čebivo, Zebau, Plz. 404.)

1115. Wladislaus I. mon. Kladrub. dedit totam silvam, quae est inter duas aquas Msam et Msicham usque in Teutonicorum terram, exceptis 12 villis, quae antiquitus fuerunt ibi constitutae: Cebeuo. — Aratores dedit cum filiis et filiabus Cebeue: Bezded, Radosta.

Čečín. (Čečin = Zetschen, Klat. 380.)

1184. Fridericus dux confirmat concambium inter Hermanuum et fratres de Plaz. factum: H. partem villae suae in Szheschin pro fidelitate servitii sui sibi collatam fratribus tradidit et possessionem ipsorum in Lugow recepit. — 1189. Helicha ducissa tradidit pro animae suae remedio praedium suum, quod situm est in Shexhin, fratribus in Plaz. — 1190. Henricus ep. monasterio in Plaz. dat praedium ecclesiae Pragensis situm in villa eorum nom. Cecyn, pro curia et vinea corum in villa eorum in suburbio sita. — 1224. Excipiunt fratres mon. Plas. foenum, quod curiae ipsorum Sceszinge possit sufficere, in eadem secandum et colligendum.

Čečkovici. (Čečkovice = Eschowitz, Plz. 395.)

1115. Haec sunt, quae fideles Dei pro animabus suis duce Wladislao I. vivente ecclesiae Kladrub. dederunt: Vto comes

dedit duas villas Ceckovici, Maleuici. — 1176. Ad viam quae est inter Churojed et Cecchowic. — 1186. Villa Checkowici aliis terrae beneficiis ante attributa.

Čjachy (Čechy) terra.

Bě-že někto knjaz velik i slavoju česten v Čechech, (v Čechach) živyi, imenem Vratislav. Bě knjaz v Čjasěch praveden, imenem Vjačeslav. (Transl. S. Wenc.)

Přiběža Svjatopolk (ruskyi) v pustinju mežu Čjachy i Ljachy. (Chron. russ.)

Inde proverbium Russorum „meždu Čachy i Lachy", usitatum de aliquo in terminis incognitis, in partibus incertis versante vel errante. — Svatopolk occisor Glěbi fratris profugus per terras errabat.

Čech, Česi (natio).

Jako prišedše sědoša na rěcě imjanem Marava i prozvaša-sja Morava, a druzii Česi narekoša-sja. — Bě jedin jazyk slověnesk: Marava, Česi i Ljachove i Poljane. (Nestor.) — Čech norec. (Tab. 1200.)

Čechovici. (?)

Ca. 1088. Wratislaus II. eccl. Wyssegrad. contulit Cekovicih III manses de terra cum cocis.

Čejkovici. (Čejkovice, Bud. 304.)

1228. Villa Cegcowici in prov. Prahen. possessio mon. S. Georgii.

Čekovici. (Čečovici? Rak. 14.)

1135. Cekovicih duo aratra cum aratoribus, nom. Podoba cum filiis et filiabus, Zuogboh cum filiis et filiabus, Veztik c. f. et f., Sedlata c. f. et f., bucularius Cozten c. f. et f., manses IX, oves C, vaccae VI, pertinentes ad hospitale S. Mariae ante Laetam curiam.

Čelevo. (Čelivo = Tschelif, Plz. 404.)

1115. Na celeve totam villam (mon. Kladrub.) 1186. Mladetici, Celewo, Kamyk, Cebevo.

Čjaradici. (Čeradice, Žtc. 38.)

1115. Cada dedit mon. Kladrub. hereditatem suam post mortem suam: In Charadic terram ad duo aratra.

Čéslav. (?)

Ca. 1057. Groznata ecclesiae Lutomer. dedit circuitum Cesslav.

Češskyi lěs

1095. Posla mia Svjatoslav v Ljachy: chodiv za Glogovy do Češskago Lěsa, chodiv v zemljach 4 mjesaci. (Chron. Russ.)

Činany. (?)

1172. Gavel de Cinan cum fratre suo Budilov testes.

Čížici. (Cížice, Plz. 394.)

1115. Monasterio Kladrub. contulit Cisicih Strab ad aratrum.

Dalemyšl (Darmišl = Darmschlag, Klat. 378.)

1115, 1186 silvam inter Msam et Msickam, excepis 12 villis quae antiquitus fuerunt ibi constitutae. 1186 quae aliis terrae beneficiis ante fuerunt attributae: Dalemisle.

Daletici. (Daletice, Chrud.)

Ca. 1086. Daleticz Mutinka obtulit monasterio Opatov.

Děčané tribus, provincia Dečinensis, Děčsko.

Klepy. (Klepy, Klapé = Klappay, Lit. 44.)
1197. Comes Groznata Terram Sanctam visitare cupiens, villam quae dicitur Cleppi, ecclesiae Teplensi perpetuo deputavit. — 1237. Smil nobilis partem villae nom. Clepy, justo titulo ad eum spectantem, abbati Teplensi pro 200 marcis argenti vendidit. — 1237. Wenceslaus I. mon. Tepl. confert hereditates quae vulgo claszke vocantur, quas in villa de Cleppin habuisse dinoscimur, cum attinentiis suis.

Na Klku (?)
1088. Na Klku piscator eccl. Wyssegrad.

Knjažja-Ves. (Kněže-ves, Rak. 14.)
Ca. 1088, Knazawezi de terra ad II aratra cum ministerialibus, qui dicuntur pomyzi, poss. eccl. Wyssegrad. — Ca. 1228 villa monasterii S. Georgii: Knese-Wsi.

Kněnici. (Kněnice?)
Saec. XII. villae duo mon. S. Georgii in prov. Gavransko: Knenici II.

Knín. (Knín, Ber. 265.)

1186. Videns Conradus se non posse resistere duci **Friderico** et Boemis, mediantibus bonis viris, venit ad **eum** in Knin et facti sunt amici extunc et deinceps. (Gerlach.) — 1218 facta est donatio villae Bojenic mon. Milewsk. in **Knin** a rege Premislao, praesentibus proceribus Boemiae. — *1219.* Premysl I. cum filiis Wenceslao et Wladislao morabatur in **Knin.**

Knoviz. (Knoviz, Rak. 6.)

Ca. 1088. Knouizi XI manses de terra cum ministerialibus Stanek, Malucha, Otrata, Radosta et cum aliis ministerialibus qui vulg. dicuntur rudnici: Bic, Krisan, Čéča — possessio eccl. Wyssegrad. — Saec. XII. Knowizi poss. mon. S. Georgii.

Kobylníci. (Kobylníky?)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in prov. Gavranski: Cobilnici...

Kočin. (Kočín, Plz. 408.)

1183. Fridericus dux praedium Coczin mon. Plas. confert.

Kochavici, Kochovici. (Kochavice, Lit. 43.)

1115. Hochauicich totam quod habuit Izbud, possessio mon. Kladrub. In loco Hochauihc cum abbate Bertoldo cambivit Hainricus Ketlich villam Turane sub temporibus ducis Zobeslai, sub testimonio Lutomiricensium primatum Caslau, Martin, Milhost. — Ca. 1088. Kochouicih de terra ad duo aratra cum loco nom. Koh, poss. eccl. Wyssegrad.

Kojatici. (Kojetice = Gojeditz 72.)

1173—78 possessio, quam nobilis Groznata cum Suadou et aliis villis contulit domui S. Joann. Hier.: Koiatici.

Ca. 1088. Wratislaus II. eccl. Wyssegrad. „W belsce Coiaticih ab hospitibus per totam villam decimam."

Kokošin. (Kokšín, Klat. 383.)

1186. Gebno mon. Kladrub. contulit villam Kokossin.

Kolašov campus.

1132. Zbigneus ecclesiae Unětic. contulit terram ad aratr in Levo-Gradech; status autem campi istius est juxta Suad et Colasou et juxta Hriwnatecz.

Koloděje. (Koloděje, Kúř. 235.)
1167. Uxor regis Wladislai II. Gertrudis, mon. Lutomyssl. contulit duas villas: Kolodege et Rikouice.

Koloveč. (Koloveč = Kolauschen, Klat. 382.)
1193—97. Henricus dux mon. Doksan. contulit Colowec.

Kolovraty. (Kolovraty, Kúř. 235.)
Saec. XII. Mladota, egregius primas, mon. Ostrov. Colowrathih terram dedit ad IV aratra cum pomerio.

Komořané. (Komořany, Ber. 249.)
Ca. 1088 Comoraz terra eccl. Wyšegrad. ad aratrum cum piscatore.
Komorás = loc. Komořané.

Konici. (Konice = Kunitz, Žat. 36.)
1196 villa Coniz a com. Milgost collata conventui Mašťov.

Konici. (Konice, Bydž. 109.)
1135—39. Joannes ep. Prag. mon. Strahow. contulit „Konicih terram."

Konopnice lucus ad Lovosic.
1143. Dux Wladislaus I. dedit mon. Strahow. villam Lowossicih cum luco uno na Konopnici.

Kopidlo. (Kopidlo = Kopidl, Plz. 407.)
Ca. 1183 villa ducis Friderici nom. Copidl, qui eam in commutationem pro sale Decinensi mon. Plas. perpetuo jure possidendam dedit. 1181. Viton de Copidle testis.

Kopisty. (Kopisty, Lit. 43.)
Ca. 1057. Copisteh (Kopissteh) terra hospitalis ad aratrum, eccl. Lutomer.

ornice. (Kornice, Chrud. 176.)
1167. Abbas Deocarus Lutomyšl. emit terram juxta Domasic a fratribus de S. Laurentio (Opatovicensibus), quae vocatur Na Korniceh.

Kosmonosi. (Kosmonosy, Bol. 111.)
1186. Kosmonosi villa, quam Gherdon villicus Friderici ducis, dedit hospitali S. Joannis Hier. pro anima sua.

Kostelec. (Kostelec = Kostelzen, Plz. 395.)
1115. Wladislaus I. mon. Kladrub. dedit etiam ecclesiam (Kostelec?) cum dote sua.

Košetici. (Gescha, Kascha, Plz. 411.)
1186. Mon. Kladrub. habuit Kosseticih duos fabros.

Košovici. (Košovice, Plz. 411.)
1037—55. Brecislaus I. mon. Ostrov. tradidit Cosowicyh debitores mellis.

Košúře. (Košíř, Rak. 14.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia circa castrum Pragense: Kosure.

Kotvina circuitus. (Kotvina = Kettwa, Žat. 33.)
1178—89. Domui Doksan. Fridericus dux contulit Cothwin.

Kozarovici. (Kozarovice, Kúř. 242.)
Ca. 1159 Wladislaus II. hospitali S. Joannis Hier. confirmat possessiones, quas justis sibi acquisierant modis, quemadmodum Gozarouici.

Kozlí. (Kozlí, Ber. 255.)
1052. Kozleh ministerialis eccl. Boleslav.

Kozodré silva.
1169. Wladislaus II. hosp. S. Joannis Hier. dedit silvam nom. Cozodre et alias silvas circumjacentes jure legitimo.

Krajnici. (Krajničko = Kranitz, Prach. 361.)
1045. Brecislaus I. mon. Brevnov. contulit in provinci Prahensi Crainice. — 1234. Zdeslaus de Kassihowicze ded concambio Trebowizc pro Craynitz et Kanizc.

Krakov castrum. (Krakovec, Rak. 1.)

Inter quos (principes) vir quidam oriundus extitit nom. Crocco, ex cujus vocabulo castrum jam arboribus obsitum in silvā, quae adjacet pago Stybeczne, situm esse dinoscitur. (Cosm.)

Kralevice. (Kralovice, Plz. 407.)

1194. Praedium nomine Cralouic, de quo controversia emersa est inter canonicos Pragensis ecclesiae et monachos Plazensis monasterii. Quae controversia sopita est in hunc modum: Pragensis ecclesia a Plazensi monasterio 40 m. arg. suscepit, at monasterium memoratum praedium perpetuo jure possidendum accepit. — Ca. 1200. Praediolum juxta Cralewiz situm monasterium S. Georgii, quia multo tempore ei omnimodis deperierat, vendidit fratribus de Plaz pro tribus marcis.

Králova Hora, meta ad Skochowicz.

993. Scochowicz villa, cujus termini sunt Cralova Hora et duo rivuli Dubna et Sala.

Kralupy theloneum. (Žat. 31.)

993. Boleslaus II. constituit, ut in theloneo Cralupeh fructus decimae septimanae cedat ad usus Brevnov. ecclesiae.

Kravo-lupy = Krá-lupy.

Krjasín. (Kresín, Lit. 44.)

Saec. XII. Wolframus praepositus Doksan. emit Crassin a Conrado de Lusic pro XX et duabus marcis.

Krašov circuitus. (Krašov, Plz. 408.)

1140—73. Tempore quo regnavit, Wladislaus II. contulit mon. Kladrub. circuitum qui vulgo vocatur Vjezd, in quo sunt sitae novem villae, quorum nomina sunt haec: Krassowo, Nemcici, Potok, Kamenna hora, Zlusetino, Sdanowo, Kladrubi, Calisce, Mirozlawe, Wlkozowo. — 1183 excepto circuitu in Krassou, ubi immunitas decimationis monasterio in villis ejus ab episcopo concessa, locum non habuit. — Ca. 1239. In provincia Satcensi: Crasou, Potoc, Montem lapideum, Mirozlaue, Vlçosou, Zlusetino.

Kravaře, circuitus. (Kravaře = Grabern, Lit. 69.)

Ca. 1176. Patrimonium Chrenonis, filii Juratae praepositi Melnicensis, quod habuit in Crawar, pro quo et tota silva attinente, quae vulg. vocabulo circuitus vocatur, per concambium a monasterio Doksanensi accepit Raduwesic . . . Cujus circuitus metae erant: A signis Oblesi usque ad Scalca, et iterum Scalca et tertium Scalca, deinde via ducens in Tynec, postea in Stvolenca, inde in Straze ac sic in Pulsnice rivum. — Saec. XII. Wolframus praepositus Doksanensis, a Dionysio cognato Chrenonis emit terram in Crawar pro 25 marcis. Ibidem emit a Beznata filio Beznatae totam partem hereditatis suae, pro 22 marcis. A Moymero cognato ejus emit partem ipsius pro 18 marcis.

Kravolužici. (?)

Saec. XI. Mon. Brewnow. habuit Psare et Crawolusice.

Krennhnin. (?)

1043. Eppo praefectus Belinensis, domui Brevnov. contulit montem Yzar tendentem per Krennhnin versus Hlum usque ad stratam publicam.

Křekovice. (?)

1131. Has villas dom. episc. Henricus Zdik emit et dedit S. Wenceslao (i. e. ecclesiae episcopali Olomucensi): Crecouicih allodium sufficiens duobus aratris. — Dux Soběslaus I. monasterio Lutomyšl. dedit villam Crecouice. — 1167. Wladislaus rex abbati Deocaro Lutomyšl. contulit quoddam praediolum juxta villas regis Krekouici et Ricouici cum flumine Dezna.

Křelovici. (Křelovice = Kschellowitz, Plz. 402.)

1183. Fridericus dux villam suam n. Ciellowicz cum appendiciis et foro contulit mon. Plas.

Křepenici. (Křepenice, Ber. 260.)

1045. Brecislaus I. virum n. Luben in Crepeniz propte furtivam venationem patibulo judicatum, cum sex mancipi mon. Břevnov. dedit.

Křesenici. (?)

1052. Brecislaus I. eccl. Boleslav. dedit ad colendum torcular servos: de Cresenic Stanek etc.

Křešici. (Křešice = Krieschwitz, Lit. 58.)

Ca. 1057. Villa, quam Spytigneus II. dedit eccl. Lutomer., censualibus hospitibus ordinatam et ornatam, servientibus ac araturis et bubulcis, cum omnibus necessariis, silvis vid. et pratis.

Křešov. (Křečov = Křečova, Plz. 406.)

1175. Soběslaus II. mon. Plas. donat circuitum Oboram, Kretkov et Babinam.

Křivá-Ves. (Křivá Ves, Kúř. 230.)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii Criwa wez in provincia circa castrum Pragense.

Křivci pontes ad Cidlinam fluv.

1110. Poloni autem, ut viderunt dolos suos profecisse, fecerunt impetum super terram et eam devastantes incendiis et rapinis, immensa praeda onerati juxta pontes Criucy sunt castra metati. (Cosm.)

Křivoklat castrum. (Křivoklat, Rak. 18.)

1110. Post haec Wladislaus reaedificato firmissimo castro Krivoklat in silva juxta fluvium Msam ... traditus est ibi Otto armatis militibus ad custodiendum. (Cosm.)

Krňané. (Ber. 251.)

1061—86. Wratislaus II. mon. Ostrov. confert villam Chrynany. — 1228. Krnas, villa mon. S. Georgii in prov. Prag.

Krňás = loc. Krňané.

rsy. (Krsy = Girsch, Plz. 404.)

1183. Fridericus I. hospitali s. Joannis Hier. pro Borislau dedit quasdam villas quondam ad Sathec pertinentes: Krizi. — 1185 Kyrsi.

Krtli. (Krtly, Prach. 361.)

Saec. XII. Villae mon. S. Georgii in prov. Prachin. Kirlsci.

Krukanici. (Krukanice, Plz. 405.)

1197. Groznata mon. Tepl. concessit villam Thirnow, Uncice et Crucanice per trium annorum curricula in usum.

Krušina ad Wyssegrad.

Saec. XII. Mon. Ostroviensi quidam miles nom. Asinus, filius Hoze, dedit quandam ecclesiam in loco qui Crusina nuncupatur, et hoc ad monasterium S. Joannis B. in Ostrov.

Kúřim castrum et provincia. (Kouřim, Kúř. 219.)

Ca. 1088. Fratres eccl. Wyssegrad. habent in castro Kurim ministeriales, qui dicuntur luse, VI, quorum nomina: Bogumil, Stras, Boza, Tešen, Klimata, Martin; ibidem pistor Jan.

Ca. 993 in Churimensi provincia duas villas: Tribestowicz prope Sadsca, Mracenicih. — Ca. 1193. Decimum forum decimumqe denarium de omni judicio in civitatibus: Churimi Boleslaus II. adposuit monasterio Brevnovensi. — 1130. Fratres ecclesiae Wyssegr. secundum praedecessorum Sobeslai I. instituta habebant decimam marcam de annuo tributo in civitatibus: Kurimi. — 1205. Praedium, quod est in provincia Churym, cui nomen Postupicih. — 1228 tres hereditates, vid. Radlizc, Cruzci, Prestawilci, in provincia Curimensi sitas. — 1248. Wenceslaus rex praecipit baronibus, nobilibus, beneficiariis et judicibus in Churim, ne libertates ecclesiae Sedlecensi indultas infringant. — 1263. Villicus Curimensis; Villae Pobor, Ztebodicz, mon. Sedlec. — 1292 curiae et bona Zedlic. in Curzimensi circuitu sive provincia. — 1290 bona in villa Brzesan prope Pobor, in Churimensi provincia.

Beneficiarii Churimenses: 1167 Zdeslaus de Kurim, 1177 Rudolphus, 1220 Wlastislaus judex, 1263 Villicus Kurimensis.

Kurojedy circuitus. (Kurojedy = Juratin, Plz. 396.)

1176. Soběslaus II. mon. Kladrub. confert circuitum, qui trium fluminum ripas, v. Zucha, Trnova et Misa, et ea quae

inter haec flumina sunt, claudens se extendit ad villam Churoied cum pratis et aquis et omnibus quae sunt infra eundem circuitum, et de Churoied ad viam, quae est inter Churoied et Cechowic. — 1183. Coenobium Kladrubense in circuitu de Kurojed pro decimis vexatum fuisse memoratur.

Kuromrtvici. (?)
Ca. 993. Boleslaus II. mon. Brevnov. contulit in villa Kuromirtwiche tres animatores cum terra sufficienti.

Ladve silva. (Ládve villa, Kúř. 231.)
Ca. 1159 dimidiam partem silvae, quae vocatur Ledivy.

Lahovici. (Lahovice, Ber. 248.)
Saec. XI. Boleslaus III. mon. Ostrov. confert de familia piscatores Lahouicih. — Ca. 1115. Lahouicih tres piscatores mon. Kladrub., pertinentes ad Izbrazlau. Cf. 1186. — 1143. Wladislaus II. mon. Strahov. Lahouicih contulit terram. — 1193—97 Lahouicih Henricus dux terram contulit ecc. Lutomer., quam Zdeslaus dederat ei.

Lašovici. (Lašovice, Rak. 19.)
1143 dux Wladislaus I. mon. Strahov. dedit „Lassouici" bini.

Laz. (Laz = Hlas, Klat. 378.)
1177. Lazi villam episcopus Prag. militi Pribislao jure hereditario possidendam dedit, ut querela de circuitu juxta Rokican per omnia sopiretur.

V Laze. (?)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia circa castrum Pragense: W laze.

Lbín mons ad Žitinic.
1088 terminus villae Zitinici.

bín villa. (Villa Lbín = Welbine, Lit. 74.)
Ca. 1102. Nemoj Vrsevic omnem suberam suam confert post mortem uxoris suae, eccl. Lutomer., sc. V villas: Libin, Vrascow, etc.

Ledeč. (?)

Saec. XII. Vladislaus II. domui Doksan. contulit Ledci cum silva.

Ledeč. (?)

1181. Bertold, Leysin sacerdotes de Ledec testes.

Ledeč. (Ledeč, Časl. 204.)

1186 villa quae Ledci in provincia Uretov, collata a Elisabeth, Friderici ducis uxore, fratribus S. Joannis Hier. — 1185. Fridericus dux fratribus Ord. S. Joannis Hier. licentiam dedit vendendi villam Ledcy nomine, et abbati de Lutomysl, Mislen, cujus claustro eadem villa vicinaverat, emendi eam ad usus suae ecclesiae.

Ledvice. (Ledvice = Ladowitz, Lit 51.)

Saec. XII. Chotěbor cum filia sua Eufrosina domui Doksan. contulerunt villam Ledwiz. Wolframus praepositus Doksan. concambium fecit cum Slaucone fratre Grabisse, dans ei Ledwic villam, et addens ei 22 marcas recepit ab eo quicquid possidebat in Wirbochan et in Cakchow.

Lémuzi, tribus Boemiae.

Termini episcopatus Pragensis occidentem versus hii sunt: Tugost, Zelza, Zedlica, Liusena et Dasena, Lutomerici, Lemuzi usque ad mediam silvam, qua Boemia liminatur. (Cosm.)

Lény. (Líně, Plz. 393.)

1115. Branis dedit mon. Kladrub ujezd et piscinam in eo loco qui dicitur Lenih. — Abbas Reynherus villam Leny cum Lubewic cambio dedit Zdeslao de Malesic pro parte sua, quam habuit Thuscowe.

Lepějovici. (Lepějovice, Chrud. 165.)

1167. Uxor Wladislai II. reg., nom. Gertrudis, mon. Lutomyssl. dedit terram in villa Lepeiovic ad Tinec pertinenten ubi postea abbas Joannes emit terram a comite Caslau.

Lesce flumen ad Vojkovic.

1173—89. Terminus praedii Vojkovic: Quartus ad villam

Lesce flumen ad Vojkovic.
1173—89. Terminus praedii Vojkovic: Quartus ad villam Sconelvalde, et sic per directum ad flumen Lesche et ita tandem in Egram fluvium.

Leskovici. (Leskovice, Prach. 331.)
Henricus dux mon. Kladrub. contulit circuitum, in quo sunt villae sex: Bezdedowici, Ocezcici, Leskowici, Waltherowo, Wratiwoyovici.

Lešané. (Lešany, Líšany, Rak. 20.)
1185. Fridericus dux hosp. S. Joan. Hier. contulit villam nomine Lessan. — 1186. De camera mea secundum facultatem meam et ad petitionem omnium nobilium, qui aderant, villam quae dicitur Lessan, cum hominibus ibidem consistentibus praedicto hospitali dedi.

Leščané. (Lešťany = Lichtenstein, Plz. 410.)
1115. Aratores dedit Wladislaus I. mon. Kladrub.: Leschas Zinogor. — 1115. Branis dedit mon. Kladrub. in villa Leschan terram ad aratrum et partem villae et piscinam.
Lesčás = loc. Leščané.

Leščen castrum. (Lštění, Ber. 254.)
1055. Spytigneus nurum suam (Wratislai uxorem) comprehensam misit in quoddam castrum munitissimum, nom. Lescen, committens eam ad custodiendum comiti Mztis. (Cosm.)

Leščje terminus.
993. Mons incultus ad meridiem, tendens a bivio quodam Schirnownice dicto, per directum usque ad Lesce et a Lesce usque ad saxum, qui est positus in via, per quam itur ad civitatem Pragam.

šina. (Lišina, Plz. 393.)
1115. Monasterio Kladrub. Crazen contulit Lescine ad unum aratrum.

Léšky. (Lešky = Leschkau, Žat. 39.)
Ca. 1057 in prov. Satcensi Lesskah (Lescah) Deton custos apum cum terra ad aratrum, min. eccl. Lutomer.

Laeta curia. (Vide Pragense Suburbium.)

Leteň campus. (Letná ad Pragam.)
Ca. 1088. Na Letni II mansus cum campanariis eccl. Wyssegrad. — 1261. Premysl II. fecit convivium biduo in campo Letne nominato, qui jacet inter villas Owencz, Holisowicz et Buben. (Cosm. Cont.)

Letky. (Letky, Rak. 14.)
1052. Letecheh, ubi ministerialis eccl. Boleslav. — Ca. 1159. Wladislaus II. addit et confirmat fratribus hosp. S. Joannis Hier. villam, quae vocatur Lettegh, quae fuit Bore, qui Pragae suspensus est, cum vinea et omnibus pertinentiis suis.

Lety. (Lety, Ber. 248.)
Ca. 1088. Wratislaus II. eccl. Wyssegrad. contulit w Tetinsce: Leteh de terra ad II aratra cum campanariis. — Saec. XII. Leteh villa S. Georgii.

Levin. (Na Levíně, Levin, Lit. 70.)
1169. Villa nom. Leuin, quam Wladislaus II. addidit fratribus S. Joannis Hier. — 1184. Henricus ep. hosp. S. Joan. Hier. dedit villam de patrio jure ei derelictam nomine Na Levině. — 1185. Na Levině prope Usti.

Levy gradec. (Levý Hradec, Ber. 12.)
Boemi parvo clausi in oppido, quod dicitur Lewi Gradek. (Cosm.) — In „quo castro" delituit Neclan dux. (Id.) — Facta est autem haec electio (Wojtěchii in episcopum Pragensem) non longe ab urbe Praga Leuigradec in oppido. (Cosm. ad 982.) — Saec. IX. Borivoj (byv pokřtěn od Methodia) jednoho kně: jemužto bieše imě Kaich, ssebú pojem, do Čech se vrá a kostel ve jmě sv. Klimenta nad tím hradem, ješto Gradi slove, učiniti kázal. — Borivoj primam ecclesiam in Grad

et in Wissegrad honori S. Clementis exstruxit, in quibus primum missae holocaustum immolavit Paulus Keych. (Neplach.) — Ca. 1132. In Levo Gradech terra ad aratrum, ubi christianitas incoepta est, et Ostoj proanimatus in ea sedens et solvens XII denarios.

Lhota ad S. Georgium. (Lhota prostřední, Lhota u Sv. Jiří, Sv. Jiří, Hrad. 156.)

1200. Ecclesia strenui militis Georgii, amici Sauli archiepiscopi Colocensis, quae in regno Boemiae in honorem S. Georgii dedicata existit.

Ljubjac circuitus. (Liběč, Časl. 209.)

Post 1147. Tempore rev. Johannis Olomucensis ecclesiae episcopi (1063—85) dux Soběslaus circuitum de Lubac dictae ecclesiae contulerat. Erat autem circuitus ille in silva, quae interjacet inter Cazlauensem et Brinensem provinciam. Sunt autem ejusdem circuitus metae hae: Camenica ex una parte, ex alia via Lubetina, versus Moraviam aqua, quae dicitur Ozlava, in Boemia Palava. — 1242. Nobilis vir Joannes, filius Zbrazlai, fratribus hospitalis S. Mariae Theutonicorum Jerosolymitani dedit silvam, quae Zlubichki dicitur, quae jacet inter Camenicam et Dubrauicam rivulos, et protenditur a primo exitu seu ortu eorundem rivorum per descensum usque ad bona filiae suae Annae et usque ad villas Branisov et Marcwartic et usque in Prehod.

Ljubčané. (Libčany, Hrad. 135.)

Ca. 1086. Bolebudus abbas dedit mon. Opatovic. terram Lubczas.

Ljubčás = loc. Ljubčané.

Ljubče-Ves. (?)

1088. Lubuca-vez Nedan ablutor vestium cum terra ad aratrum, ministerialis eccl. Wyssegrad.

Ljubčici. (Libčice, Rak. 11.)

Ca. 993. Boleslaus II. mon. Brevnov. contulit Lubcicih silvam cum piscatoribus et terram sufficientem cum flumine. 1052. Lubachih, ubi ministerialis eccl. Boleslav.

Ljubeň. (Líbeň, Kúř. 243.)
1115. Luben tota villa pertinens ad Izbrazlau locum.

Ljubenici. (Liběnice, Kúř. 237.)
Ca. 1142. Libenici, villa dom. Miroslai, collata mon. Sedlec.

Ljubeševici. (Liběšovice = Libschitz, Lit. 50.)
1057. Spytigneus II. eccl. Lutomer. dedit villas censualibus hospitibus ordinatas et ornatas cum servientibus ac aratris et bubulcis, cum omnibus necessariis, silvis v. et pratis: Lubessevici (Lubessouichi).

Ljubev. (?)
Ca. 1057 in prov. Satcensi Lubue Pravec carpentarius cum terra, min. eccl. Lutomer.

Ljubetina via.
1144. Metae circuitus Ljubjac.: Camenica ex una parte, ex alia via Lubetina.

Ljubevnice. (Libevice = Libitzen, Plz. 405.)
1183. Monasterium Kladrub. totius decimationis inmunitatem habuit per omnes circuitus et villas, excepto circuitu in Krassou et villa in Lebeunice. 1186. Rata dedit villam Lubewice.

Ljubica, silva.
Silvas ecclesiae Wyssegrad. Wratislaus I. addidit Lubica, Bazci etc.

Ljubica urbs. (Libice, Bydž. 117.)
Hujus insignis ducis — Slaunik — metropolis fuit Lubic, sita loco, ubi amnis Cydlina nomen perdit suum, intrans liberioris aquae in fluvium Labe. (Cosm.) — 995. Sub quadam festiva die comites furtim irrumpunt urbem Lubec, in qua fratres S. Adalberti etc. (Cosm.) — 1108. Interea Bosey (de genere Wrissewici) in villa Lubic, dum se locat cum filio e uxore ad prandium etc. (Cosm.) — Ca. 1130. Secundum praede cessorum Soběslai I. instituta fratres eccl. Wyssegrad. deciman

marcam habebant de annuo tributo in his civitatibus: Lubici. — Saec. XII. In provincia Gawransko mon. S. Georgii habuit Libici.

Ljublin. (Liblín, Plz. 409.)
Ca. 1228. Lublin villa mon. S. Georgii.

Ljubník. (Libenky, Lit. 76.)
1052 villa Lubinik, ubi tributarii mellis ecclesiae Boleslav.

Ljuboc. (Liboc, Rak. 15.)
Ca. 993. Boleslaus II. mon. Brevnov. confert montem incultum a villa Tressawicz tendentem usque ad villam Lubocz et ipsam villam Lubocz cum silva adjacente Maleyov nomine.

Ljuboča rivus, exterior et inferior. (Liboča = Leibitsch, Leibitschgrund, Lok. 415, 417.)
1181. Quendam ambitum inter exteriorem Luboz et Znata fluvium situm (in silva ultra provinciam Sedlec . . .) A fonte minoris Elstre usque in rivum inferius Lubocz, per eundem rivum inferius usque dum rivus Tonocop in eum cadit.

Ljubočané. (Libočany, ~~Lit.~~ 41.)
Wolframus praepositus Doksan. emit ab uxore Chaztonis, quicquid ipsa possidebat in Lubochan, pro XX marcis.

Ljubochované. (Libochovany, Lit. 74.)
Ca. 1057. Lubohovaz Jurata piscator cum terra, min. eccl. Lutomer. — 1186 in villa Lubochowan mon. Kladrub habuit Waurik piscatorem cum terra sua.
Ljubochovás = loc. Ljubochované.

Ljubonica. (Libonice, Bydž. 131.)
Joannes episcopus mon. Strahov. Lubonici dedit, quidquid habuit.

Ljubošin castrum (villa Libošin, Rak. 4.)
Liubossa urbem tunc potentissimam juxta silvam, quae tendit ad pagum Ztibecznam, construxit et ex suo nomine eam Lubossin vocitavit. (Cosm.)

Ljubošin villa.

Ca. 1052. Brecislaus I. eccl. Boleslav. contulit torcular, ad quod colendum destinavit servos: De Lubossin Casta. — Ca. 1088. Lubosine de terra sex manses cum vinitoribus Drh, Zbor, Zamen; ibidem becvar Letona cum terra ad aratrum, possess. eccl. Wyssegrad. — Ca. 1088. Familia eccl. Wyssegrad: De villa Lubosin Milica, Milehna, soror ejus etc. (Ib.) — 1186. Mon. Kladrub. in villa Lubossin habuit Zwoyboh tornatorem cum terra sua. — 1230 in provincia Zlanensi: Vherci, Tynci, Lubosin villae.

Ljubotěnici. (Liboteinitz, Lit. 43.) cum navigio.

1140—73. Wladislaus II. domui Doksan. dedit Lubothinic partem villae cum navigio.

Ljubovice-ves. (Libčeves = Liebshausen, Ltm. 45.)

Ca. 1135—39. Joannes ep. Prag. mon. Strahow. confert „Lubouici-wzi quicquid habuit“.

Ljubve fluvius.

1178 a Seleu fluvius Livbe cum ipso fluvio terminus circuitui Svatavensi.

Lichucě-Ves. (Lichuceves, Rak. 13.)

Villa mon. S. Georgii: Lichuce-wez in prov. Prag.

Lipané. (Lipany, Kúř. 233 aut 235.)

1115. De Lipan Ten dusnik deputatus est ad capellam S. Galli apud Zbraslav.

Lipé. (Lipí = Lippen, Plz. 406.)

1169 in circuitu Manetinensi Lipe, Kahov cum foro etc.

Ljuté. (Lité = Littau, Plz. 406.)

1172. Soběslaus II. mon. Plas. donat circuitum Lomnice et Luti cum suis pratis et aquis.

Ljutomírici, tribus Boemiae.

Dux Lucensis condidit urbem, quam appellavit nomine su Wlastislaw, in confinio duarum provinciarum: Belina et Lut

merici, et posuit in ea viros iniquos, ob insidias utriusque populi, quia hi adjuvabant partes Boemorum. (Cosm.) — Termini dioeceseos Pragensis occidentem versus hii sunt . . . Luisena, Daciena, Lutomerici, Lemuzi usque ad mediam silvam, qua Boemia limitatur. (Cosm.)

Ljutomirici provincia, Ljutomiricko.

993. Decimae trium provinciarum: Lutomiricensis, Belinensis, Decinensis. — Ca. 1057 duodecim rusticos in Luthomeric (de Luthomericensi provincia). — Ca. 1057. In Lutomericensi provincia: V zásadí, Pokratici, Žitinici, Na Boště, Trebutici, Trnované, Nučnici, Lukov, Kopisty, Radvině, Ustí, Strané, Péščané, Žrnoseky, Lubochované, Zálezli, Prosmici, Na Tleni, Viškov, Vlkonín, Lukovici, Dlažkovici, Chotěšov, Brňané.

1101. Bosey et Mutina redeunt de Polonia et recipiunt civitates suas, quas antea habuerant: Bosey Satec et Mutina Lutomerice. (Cosm.)

1130. Si vitam ducis perdideris, inter ista quinque, sc. Zatecz, Liutomirzicz et inter cameram et mensam et agazoniam, quodcunque eligeris, possidebis. (Cosm. Cont.)

1130. Fratres eccl. Wyssegrad. secundum instituta Sobeslai II. praedecessorum decimam marcam habebant de annuo tributo in his civitatibus: Lutomericih.

Ca. 1228. De provincia Lutomericensi: Trebenici, Chodovlici, Glupoglavi, Velemin, Podlešín, Boztěšici, Polepi, Scirewici, Wranzko, Chvalovicich, Borek.

1232. Monasterium Brevnoviense decimas habuit de Lutomirizko et de Belinzko et de Dezko a multis retro temporibus.

Primates: In loco Hochauihc (Kochavic) cum abbate Kladrubensi Bertoldo (saec. XII.) cambivit Heinricus Ketlich villam Turane tempore ducis Sobeslai (1125—40), sub testimonio horum virorum: Lupoldi filii Borivoj etc. et Lutomiricensium primatum Caslau, Martin, Milgozt.

Archidiaconatus: Archidiaconi Pribislaus 1177, Marquardus 1233 etc.

Ljutomírici urbs, castrum. (Litoměřice = Leitmeritz, Lit. 42.)
1057. Spitigneus II. fratribus in Ljutomíric ecclesia commorantibus addidit circuitum silvae ante urbem cum agris eidem silvae adjacentibus. Ad ipsum castrum Lutomiric pistores et molendinarii, quorum nomina sunt haec: Stromata, Nerad et alii quam plures.

Castellani: Blago 1176.

Ecclesia Sti. Stephani et collegium canonicorum cum praepositura.

1058. Spitigneus II. fundat monasterium canonicorum in honorem S. Stephani Mart. in urbe Lutomericz (Neplach.) — 1057. Basilicam in Luthomiric construentes etc.

Praepositi: Lanczo 1068 (Cosm.), Sebastianus 1147, Martinus 1169, Radosta 1187—89, Benedictus 1219—1224. Hermannus 1226, 1254. Decani: Sebastianus 1144.

Ljutomyšl castrum. (Litomyšl, Chrud. 175.)
Principatui Slaunikonis terminus erat solis ad ortum, contra Moraviae regnum, castrum sub silva situm, nom. Liutomysl. (Cosm.)

1108. Suatopluko duci de partibus Moraviae venienti „sub ipso exitu silvae, juxta oppidum Liutomysl, Wacek cum Mutina“ occurrunt. (Cosm.)

Monasterium.

1093—1100. Temporibus Bretislai I. in Lutomysl, in introitu Boemiae, fundatum et erectum est monasterium Ord. S. Benedicti, quod a. 1145 auctore episcopo Henrico Zdik Olomucensi permutatum est in coenobium Praemonstratensium sub titulo „Mons Oliveti“. (Vinc. ad 1151.) Wladislaus II. domum ordini Praemonstratensium in Lytomissl construxit. (Gerlach.)

Abbates: Joannes Strahoviensis 1145—1151, postmodum episcopus Olomucensis. — Deocarus 1160, Jurata 1184, Myslen 1185—1201, Hermannus 1221, Waltherus 1225 etc.

Ljutošici. (Litošice, Čsl. 214.)
1167. Zobezlauec agazo mon. Lutomyssl. dedit praedi Lutosicih, ubi reliquum terrae cum sexcentis millibus nr norum abbas Joannes et abbas Deocarus emerunt.

Lobeč. (Lobeč aut Lobečko, Rak. 11.)

Ca. 1088. Lobeci terra eccl. Wyssegrad. ad tria aratra cum tribus piscatoribus: Tehan, Domagost, Vaurata.

Lobez. (Lobez, Plz. 388.)

1115. Wladislaus II. mon. Kladrub. contulit silvam, quae est inter duas aquas Msam et Msickam usque in Teutonicorum terram, exceptis XII villis, quae antiquitus fuerunt ibi constitutae: Lom, Benesevici, Lobzi, Plezomi etc. — 1186. Excipiuntur inter jam dicta flumina hae villae, quae aliis terrae beneficiis ante fuerant attributae: Lom, Benessevici, Lobzi.

Lodenice flumen (villa Lodenice, Rak. 3.)

S. Ivanus pervenit ad flumen, qui vocatur Lodenicze, et consideravit mirabiles et cavas speluncas et cavernas, ad quas nec nix nec pluvia potest intrare. (Historia S. Ivani.) – Procedunt ad fluvium Misa, ibique in loco qui Brod, manserunt septem diebus. Inde progressi pervenerant ad locum et rivulum, qui Lodenitze. (Gerlach.)

Lodyně. (Lodíň, Bydž. 113.)

Ca. 1086. Wsebor primas mon. Opatovic. dedit villam Ludynge.

Lochinici. (Lochenice, Hrad. 135.)

Ca. 1143. Joannes ep. Prag. (1135—39) dedit mon. Strahov. „patrimonium suum totum, quod habuit in villa Lochinicih et quod ibidem emıt a cognatis suis, nom. Msten et filiis suis et ab aliis cognatis, et terras, quas acquisivit a pio duce Wladislao“.

Lom. (Lom, Plz. 398.)

1115 villa inter Msam et Msickam antiquitus constituta. 1186 villa aliis terrae beneficiis ante attributa.

omané. (Lomany.)

1192. Ulricus Dirsislai filius „praedium suum nom. Loman cum attinentiis suis, trans mare in periculo mortis positus“ ratribus in Plaz contulit, quod a. 1193 Dirsislaus et Ruz

acceptis ab abbate XXII marcis et praedio Thischow confirmarunt.

Lomazici. (Lomazice, Žtc. 35.)
Ca. 1088 in prov. Satec: Cloumazicih terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum, cum ministeriale, qui dicitur pkelnik.

Lomnice circuitus. (Lomnička, Plz. 408.)
1175. Sobeslaus II. donat mon. Plas. circuitum nomine Lomnice et Luti cum suis pratis et aquis.

Longa prata.
1167. Praediolum cum flumine Dezna, a Lubna usque ad pontem, qui est in Longis pratis. — Suabenice cum flumine Desna a ponte, qui est in Longis pratis, usque ad villam Cerekvice.

Hodiedum „Dlúhá Lúka" intra civ. Lutomyšl et villam Cerekvice.

Losenici. (?)
1052. Bretislaus I. eccl. Boleslav. donavit Losenicig Posdik, Zuest cum filio Musik, qui corti quotidie inserviant.

Lovosici. (Lovosice, Lit. 48.)
1145 dux Wlad. I. dedit mon. Strahow villam „Lowossicih cum luco uno Na konopnici".

Lozici. (Lozice, Chrud. 172.)
1131. Villam Lozic episcopus Henricus, qui et Zdik, Olomucensis emit et dedit S. Wenceslao i. e. ecclesiae episcopali Olomucensi. — 1167. Wladislaus II. rex „in villa Lozic" dedit monasterio Litomyšlensi, „quicquid vel Sdico episc. emerat, vel quod homines vim castellanorum ferre non valentes, desertum reliquerant".

Lubný rivulus (villa Lubný, Chrud. 177.)
1167. Wladislaus II. mon. Lutomyšl. contulit circuitum, qui dicitur Na lubnem, cum pratis na Poličkah. — 1167 flumen Dezna a Lubna usque ad pontem, qui est in Longis pratis.

Lucensis provincia, Lucko.

Dux Lucensis ferocissimus mente cum superbissima gente, quibus et hodie a malo innatum est superbire. (Cosm.)

Distinguitur illa provincia Lucensis quinque regionibus locorum per compendia: Prima regio est sita circa rivum nomine Gutna (Guntna); secunda ex utraque parte est fluvii Vzka; tertia) extenditur per circuitum torrentis Briznica; quarta quae et silvana dicitur, sita est infra terminos fluminis Mzie; quinta, quae in medio est, dicitur Luca, pulcherrima visu et utillima usu ac uberrima satis nec non abundatissima pratis, unde et nomen ipsa regio traxit, quia luca latine pratum dicitur. (Cosm.)

Lúčané (Lucenses), tribus Boemiae.

Et quoniam haec regio primum, longe antequam Satec urbs condita foret, est inhabitata hominibus, recte ejus incolae sunt a regione Luca Luczane nuncupati. (Cosm.) — Tempore ducis Neclan in campo, qui dicitur Tursko, consertum est bellum inter Boemos et Luczanos, qui nunc a modernis ab urbe Satec vocitantur Satcenses. (Cosm.) — Boemi potiti sunt triumpho, Lucensibus omnibus interfectis. (Cosm.) — Termini dioeceseos Pragensis occidentem versus hii sunt: Tugost, Zelza, Zedlica et Liusena (Lucsane) et Dasena (Daciane).

Lučica. (Lučice, Bydž. 114.)

1110. Boemi celeriter exercitu collecto, occurrunt Polonis ex ista parte amnis Cydlina juxta pagum, qui dicitur Lucica. (Cosm.)

Lučkovici. (Lučkovice, Prach. 332.)

Ca. 1228 villa mon. S. Georgii in prov. Bozensi.

Luhinici. (Lochynice, Lochenice, Hrad. 135.)

Saec. XII. Chwal cum uxore sua contulerunt mon. Doksan. Sywanic et Luhinnic. — 1228. Wenceslaus I. rex mon. Opatov. confert duos hospites Luchinici.

Lugov. (Luhov, Plz. 410.)

1175 praedium dictum Lugow, quod Soběslaus II. cambio dedit mon. Plasensi pro alio praedio Erpozic. — 1184. Hanc

possessionem in Lugow a fratribus recepit Hermannus Wilhelmi filius, dans eis partem villae suae in Scecin, XII marcis arg. superadditis. — 1169. Wladislaus fratribus S. Joann. Hier. villas assignavit in circuitione juxta Plaz, sc. Hodoviz, Ozoym, Plane, Lucov.

Luková. (Luková, Plz. 406.)
1115 in Lucou Louic debitor IX urnarum mellis mon. Kladrub. Mergauec similiter, Radota, Manes, Mace, Tetik zelaznik. — 1239 in provincia Satcensi.

Luková. (Lukov = Lucke, Lit. 70.)
Ca. 1057. Maly ministerialis eccl. Lutomer. terram habens Nucnicih et aliam Luchoue (Lucoue).

Luková. (Lukov, Rak. 6.)
Na lukoue, villa mon. S. Georgii in prov. Prag.

Lukovici. (Lukovice = Lukowitz, Lit. 73.)
Ca. 1057. Lucouicih Plativoj sutor niger cum terra, min. eccl. Lutomer.

Lúněvici. (Louňovice, Kúř. 224.)
Coenobium monialium ordinis Praemonstratensium, ca. a. 1149 conditum. Praepositus: 1181 Petrus, 1184 Mandvinus. — 1183. Abbas Godescalcus Selevensis conventum sororum de Lonewitz mittit in Cunicz. (Gerlach.)

Lúny cum portu. (Louny Žat. 24.)
1088. Eccl. Wyssegrad. habuit portus tres: Na Otaue, Gogolicih, Lúnih. — 1086. Mon. Kladrub. habuit in villa Lún mansionem et terram ad aratrum.

Lužané. (Lužany, Bydž. 122.)
1135—39. Lusane tota villa cum tota silva Messny et ibidem vgezd usque ad custodiam (stráža).

Lužané. (Lúžce, Rak. 9.)
1052. Custodes eccl. Boleslav.: Lusas Borata.
Lužás = loc. Lužané.

Lužná. (Lužné = Lusen, Plz. 395.)

1115 villam plenam Lusna Wladislaus I. contulit mon. Kladrub. — 1179 contulerunt parentes Friderici ducis villas XXV integras: Lusna.

Lužná. (?)

Ca 1228 poss. mon. S. Georgii in prov. Netolic.

Lúžnica fluvius. (Lúžnice.)

1179 in superiori parte utriusque terrae, Boemiae sc. et Austriae, terminus est mons, qui dicitur Altus; ab illo monte terminus dirigitur usque ad concursum duorum rivulorum, quorum unus vocatur Schremelice, alter Lunsenize. — Vadum, quod est juxta Segor (in fluvio Lužnice). — 1185. Pars terrae Boemiae Austriae adjacens, Withra vid. cum silva a fluvio Lusnitz usque ad alium fluvium qui dicitur Stropnitz.

Fluvius hodiedum in partibus Austriae inferioris Lainsitz, in partibus Boemiae Lúžnice appellatus.

Lysá. (Lysá, Bol. 80.)

1012—37. Dux Odalricus destinaverat Jaromiro lumine orbo, ut degeret Liza in vinculo (viculo?) (Cosm.) — 1052. Brecislaus I. dux eccl. Boleslaw. addidit curtem dictam Lyssa, post obitum comitis nom. Mutis.

Makařov. (?)

Saec. XII. Macarow in prov. Prahin., possessio mon. S. Georgii.

Malejov silva ad Ljuboč.

993 villam Lubocz cum silva adjacente Maleyow nomine, possessiio mon. Brevnov.

ıejovici. (Malejovice, Cásl. 188.)

1142. villae mon. Sedlec. Belani, Maleiouici, Lubenici, lusov et Cacin.

Malešici (Malešice, Bdw. 303.).
1228 poss. mon. S. Georgii in prov. Netolic.

Malešov. (Malešov = Malschen, Lit. 72.)
Ca. 1088. Na malesoue de terra nouem manses, poss. eccl. Wyssegrad. — 1197. Groznata comes Holoferni capellano suo legavit **Malessow, Martino** Scalice etc.

Malevlané. (Malevice = Malowitz, Plz. 402.)
1115—1186. Wladislaus I. mon. Kladrub. contulit totam silvam quae est inter duas aquas Msam et Msickam usque in Teutonicam terram, exceptis XII villis aliis terrae beneficiis antea attributis: **Malevlaz.**
(Malevljané, loc. Malevljás.)

Malevici. (Malevice, Plz. 402.)
1115. Uto comes mon. Kladrub. contulit duas villas: Ceckovici, Malevici.

Malin. (Malín, Časl. 216.).
1101. Odalricus cum fratre Lutoldo et exercitu teutonico Augusto mense intrat partes Boemiae, sed sinistro omine; nam Borivoj collecto exercitu occurrens eis, castra metatus est supra duos colles juxta oppidum Malin ... Teutonici vero non longe ex alia parte rivuli Wyzpliza (Wyrgliza) applicuerunt castra. (Cosm.)

Malinin ostrov. (?)
1183. Fridericus dux confirmat fratribus hosp. s. Joannis Hier. Malinin ostrow, quam comes Grabisse fideli servitio suo a duce deserviverat et eidem domui contulerat.

Malkov. (Malkov = Malkau, Žat. 31.)
1057. Spitigneus II. eccl. Lutomer. contulit XIV villas, quarum nomina: Malcov.

Malkovici. (Malkovice, Plz. 405.)
1115—1186. Wladislaus I. mon. Kladrub. contulit tota silvam, quae est inter Msam et Msickam usque in Teutonica

terram, exceptis XII villis, aliis terro beneficiis ante attributis: Malkouici.

Manetin (Manětin, Plz. 406.)

1109—1125 possessio Wladislai I., qui eam contulit fratribus hospitalis S. Joannis Hier. — 1169 Cujus metae: Manetin a meta Nectinensi usque ad metam Plazensium, cum omnibus suis pertinentiis, vide Lip, Kahov cum foro, Wescu, cum fluvio. Manetin jacente usque ad Plaz, libertatem omnimodam quidlibet faciendi, seu piscandi sive molendinum ponendi in eo fluvio eis concedens.

Martině-Ves. (Martiněves, Rak. 8.)

Jheroneus (Jarogněv) frater Nemoj monasterio Doksan. dedit tres hospites in Mnetis. Wlastislaus filius Jheronei concambium fecit, Martinowez partem praedii quod sui juris erat ibidem, dictae domui dans et Němčic super Wiltawam situm recipiens ab eadem domo.

Maskovici. (Maskovice, Ber. 251.)

Saec. XII. Bohacyje matrona nobilis, Stephani uxor et mater Bohunie, Mascowicyh emit terram ad tria aratra, quam obtulit mon. Ostrov.

Maslovici. (Maslovice, Kúř. 242.)

Ca. 1052. Maslouichih Bezděd cum filiis, custos eccl. Boleslav.

Mašovici. (Mašovice, Klt. 379.)

1115. Maseuicih Crisan mon. Kladr. dedit ad duo aratra. — 1186. Henricus ep. de patrimonio suo villam Mrachnic ad curiam suam Massowiz pertinentem, Mechtfrido de Slauchauez pro XV marcis puri argenti contulit.

Mašťová. (Mašťov = Maschau 36.)

Ante 1196. Praedium Mastowa nomine, quod ad comitem Milgost hereditario jure devenerat et pater ejus a duce Boemiae promeruerat. — 1196. Milgost comes fratribus ex ecclesia Waldsassensi in Boemiam adductis, ad construendum

coenobium hoc praedium Mastova contulit — 1196 **villa** Mastova. (Ib.)

Medhuje flumen. (Medhuje, Metuje = Mettau, cum villa ejusdem nominis Medhuje = Mathe, Matha.)

1186. Villa Quastici super Methuga. — 1213 fluvium Drivic a capite ipsius usque ad flumen Methuje. — 1213. Usque ad locum, ubi rivulus Stekelnice influit Methuje.

Medma fluvius.

1183. Fridericus dux hospitali S. Joannis Hier. confirmat villam Trebiz, quae jacet super fluvium, qui dicitur Medma, quam uxor ejus, duc. Elisabeth, ipsi contulit.

Meduez et Pripec montes (villa Medvědice = Nedweditsch, Ltm. 49.)

Dux Lučanorum Wlastislaus condidit urbem, quam appellavit nomine suo Wlaztizlav, inter duos montes Meduez et Pripek, vid. in confinio duarum provinciarum Belina et Lutomerici. (Cosm.)

Měchinici. (Měchenice, Ber. 250.)

Ca. 999—1003. Boleslaus III. mon. Ostrov. confert de familia villas: Myechinicy.

Mělnik urbs et provincia. (Mělník, Bol. 83.)

Forum: In Melnik mon. S. Georgii habuit IX forum.

Praepositura Melnicensis ad S. Petrum et Paulum condita ineunte saeculo XImo a ducissa Emma, Boleslai II. vidua. Praepositura in Milinich 1175. Praepositi: ca. 1125. Severus, cui Cosmas chronicae suae tertiam partem dicavit, 1144 Groznata, 1160—1168 Jurata, 1168 Wojtech = Adalbertus, Wladislai II regis filius, episcopus Pataviensis, archiepiscopus Salcburgensis etc. — Decanus 1144 Groznata. — **1172.** Jeronymus magister.

Provincia: In provincia Melnicensi villae mon. S. Georgii: Nebudžel, Ujezd, Gorusici, Horuski, Ninechov, Na Vrutic

(Olim castellum Psou, caput tribus Psouane dictae. Vide Psou.)

Meringa. (Merica, Marca, Újezd, villa Maehring, Lok. 435.)
1196. Ultra provinciam Zedliz monasterium Waldsass. ex donatione Friderici ducis habuit Meringen cum villis, silvis et omnibus terminis suis. — 1181. Quondam ambitum Ujezd boemice appellatum, theutonice nomine Meringe; insuper etiam quendam ambitum inter exteriorem Luboz et Znata fluvium situm, a Wladislao II. donatum.

Mešný (les), silva.
1135—39. Joannes ep. Prag. mon. Strahow. dedit „Lusane tota villa cum tota silva Messny et ibidem Vgezd usque ad custodiam, quod vulg. dicitur strasa".

Metelsko. (Metelsko = Medelzen, Klt. 379.)
1115. Gumpoldus dedit mon. Kladrub. villam Metelzko, excepta una mansione.

Mezlevo. (Mezlov = Metzling Kld. 376.)
1115. villam plenam Mecleui Wladislaus I. mon. Kladrub. dedit. — Arator in Mezcleu.

Mezúň. (Mezouň, Ber. 247.)
Dluhomilus filius Cryssye magnae nobilitatis vir, mon. Ostrov. Mezun totam villam dedit cum tribus silvis. Ibidem etiam Detricus de genere Wrsowic terram ad unum aratrum contulit.

Mežsko provincia.
Quarta regio (ad Luczanos spectans), quae et Silvana dicitur, sita erat infra terminos fluminis Msa (Cosm.).
Termini episcopatus Pragensis occidentem versus hii sunt: Tugozc, quae tendit ad medium fluminis Chub, Zelza (Misa), Zedlica.
1131. Interea transcurrente tempore dux Soběslaus ad radicem cujusdam villae nom. Tachov, in finibus Mesco, castrum aedificavit, quod ex nomine adjacentis villa appellavit. (Cosm. Cont.)

Mikuleczii cella, ad monasterium Opatovic.

Ca. 1086 primatis Mikulecz cellam in Gradecensi territorio sitam, Brevnov. coenobio regulari obedientia subjectam, Wratislaus II. rex ammodo per se subsistere et abbatiam vocari et esse confirmat.

Miletin castrum (Miletín, Bydž. 129.)

Otto episc. Bamberg. per Sadskam ad castrum ducis Boemici, quod Mileciam dicunt, pervenit, ubi a duce ipso magnifice susceptus et honoratus est. (Vita Ott. 1124.) — Dom. Domazlaua, matrona nobilis de Miletin, relicta Zbrazlai pincernae, Miletin villam cum omnibus attinentiis contulit fratribus Hospitalis S. Mariae de domo Theutonica in Jerusalem.

Milevo. (Milevo = Mühlhöfen, Plz. 395.)

1115. Wladislaus I. mon. Kladrub. dedit villas XXV plenas: Mileuo.

Milevsko. (Milevsko, Tab. 277.)

1183. Jurik de Milewzche. — 1186 Georgius de Milewsk, Juno dapifer ejus, Mston et Plausin milites ejus (Gerlach).

Monasterium ordinis Praemonstratensium ca. ce. 1184 fundatum a Georgio de Milevsk.

Abbates 1187 — 1221 Gerlachus (Jarloch), autor chronicae, 1243 Hogerius, 1234 Joannes.

Miljukovo. (Milkov = Milikau, Plz. 404.)

1115. Villa Milucouo, quam Vladislaus I. addidit mon. Kladrub.

Milkov.

1115. Wladislaus I. mon. Kladrub dedit villas XXV. plenas: Milga. — 1183. Martinus de Milkov testis.

Milobuz (?), **ad Sázava.**

1012 – 37. Udalricus dux Procopio Sazaviensi adhuc ante susceptionem abbatiae contulit flumen Sazava subterfluens Milobuz usque ad speluncam, quae vulgo Zacolnica dicitur. (Cosm. Cont.)

Milostín. (Milostin, Rak. 20.)
1186. Mon. Kladrub. in villa Milostinie habuit ablutorem vestimentorum et Sdatam, qui solvit 50 massas ferri.

Mimoňovici. (?)
Georgius de Mileusk a dom Henrico episcopo Pragensi (1182—97) accepit in concambio villulas episcopales, dictas . . . Mymonowic . . .

Minov. (?)
1194 (1196) comes Milgost conventui monachorum Waldsass. in Mastowa contulit villas: Mynowe.

Miroslav. (?)
1186. Wladislaus II. mon. Kladrub. contulit circuitum, quod vulgo Ujezd, in quo sunt sitae novem villae: Krassowo — Miroslawe.

Mladatici. (Mladotice = Mlatz, Plz. 407.)
1115. Wladislaus I. mon. Kladrub dedit villas XXV plenas: Mladatici. — 1193. Dětlebus, Gumpoldi filius, villam patris sui, Mladatiz contulit eidem monasterio. — 1205. Abbas Kladrub. praedium Mladethiz pro LXX marcis vendidit abbati Plazensi.

Mladějov. (Mladějov, Žat. 36.)
1196. villa Mladiu a com. Milgost collata conventui Mašťov. Nunc sollummodo ecclesia Sti. Stephani apud Chotěbudic.

Mlekožery. (Mlekojedy, Kúř. 241.)
1052. Mlicasir villa quinta, quam Brecislaus I. contulit ecclesiae Boleslav.

Mlýnec. (Mlýnec starý et nový = Lenzel Alt et Neu. Lit. 72.)
'186. Mon. Kladrub. parentes Friderici ducis contulerunt .m duas villas Mlinoha et Vinna cum vineis et decem cul-ibus earum: Muschen, Martin, Leton, Premil, Cirnata, esse, Zopel, Pavel, Hodata, Trebata. (Vinná = Winney. Ib.)

Mnětěš. (Mnětěš, Rak. 9.)
Saec. XII. Possessiones mon. Doksan.: Iheroneus, frater Nemoj, dedit tres hospites in Mnetis.

Mnichovici. (Mnichovice, Kúř. 228.)
1135. Silvester abbas Sazaviensis in villa Mnichouici nuncupata, basilicam in honorem S. Michaelis et omnium coelestium virtutum aedificavit. (Chron. Saz.)

Močjuradi. (Močeradi, Klt. 382.)
1115 villam plenam Mochuradi Wladislaus I contulit mon. Kladrub.

Modřané. (Modřany, Ber. 248.)
1178. Soběslaus II. fratribus eccl. Wyssegrad. dedit terram in villa Modrian ad II aratra cum vinea.

Modriluzi. (?)
1088 possessio eccl. Wyssegrad: Modriluzeh terra ad duo aratra cum campanariis Glupen, Koiata.

Mokošin. (Mokošín, Chrud. 166.)
Ca. 1086. Wratislaus rex mon. Opatov. confert „villam quoque Mokossin cum hospitibus et villam inter Mokussin et Priluesc, Opatouicz dictam“.

Mokřenice silva, ad Cerekvic.
1167. Silvam, quae dicitur Mokrenice, Wladislaus II. contulit mon. Lutomyssl.

Mokropsi. (Mokropsy, Ber. 248, 249.)
Ca. 1088. Mocropzi II manses cum piscatoribus Modlata, Suma, possessio eccl. Wyssegrad. — Mocropsi et alia Mocropsi, villae mon. S. Georgii.

Monkovici. (?)
1188. Stephanus de Monkovic testis.

Mons Olivetus vide **Lutomyšl.**

Mons Sion vide **Strahov.**

Most Gněvin vide **Gněvin-most.**

Most Kamen vide **Kamen-most.**

Mostišče meta, ad Velichov.

Wladislaus rex conferens domui Doksan. praedia sua, terminis certis (ea) distinxit; Welichow a Vado Radovani usque ad pontem paludum, quod Moztissche dicitur etc.

Motol. (Motol, Rak. 15.)

1146 in Mothos habuit mon. Plas. hominem cum possessione sua et X hominum servitia ad dotem ecclesiae pertinentia. Lechet hominem cum possessione sua. — 1209 pro praedio quod habebant fratres mon. Plas. in villa, quae dicitur Mothol, acceperunt ab ep. Daniele hominem unum cum terra in villa Ninoniz, alterius hominis terram in Cossur. — 1228. Motol villa mon. S. Georgii.

Movričané. (?)

Vicinatus, qui cum castellano de Dudleb disterminationi praedii infra Portam provinciae, cui nomen est Zazicih, adfuit, sc. Movrichanj.

Mračenici. (?)

Ca. 993. Boleslaus II mon. Břewnow. contulit in Churimensi prov. villam Mracenicih cum terra sufficienti intra silvam et extra per circuitum. — 1406. Tota villa Mraczenicze. (Urb.)

Mury. (Múry, Ltm. 43.)

1140—73. Wladislaus II. Doksanensi domui donavit villas: Doczan, Mur etc. — 1226. Premysl I. ad petitionem mon. Doksan. villam ipsorum in Mur jure theutonico decrevit roborari.

Mutišov. (?)

1181. Lecek na Mutissowe testis.

Mydlovaři. (Mydlovary = Millowa, Plz. 402.)
1115. possessio mon. Kladrub. Midlouareh ad duo aratra et tria vgezd.

Mže flumen. (Misa = Mies.)
Distinguitur provincia Lucensis quinque regionibus locorum per compendia: Quarta, quae et Silvana dicitur, sita est infra terminos fluminis Mzie (Cosm.) — 1115. silvam, quae est inter duas aquas, Msam et Msicam, usque ad Teutonicam terram. — 1176. circuitus trium fluminum ripas claudens, vid. Sucha, Trnova et Mise, ad villam Kurojed. — 1131. villa nomine Tachow in finibus Mezsko (Cosm. Cont.) — 1184. Argentaria super Mesea — 1088. super Mzea. — 1186. Villa na Sukove in provincia Pelzen super Msea fluvium. — 1238. Villa Darow una cum aqua Misa ex utraque parte. — 1186. Pars fluminis Mise a lapide medio flumine sito, usque ad villam quae dicitur Niniz. — Saec. XIV. Misemburg (Nižburk) castrum. — 1176. deventum erat ad fluvium, cui nomen Misa, ibique in loco qui Brod, figentes tentoria, manserunt septem diebus. Inde progressi pervenerunt ad locum et rivulum, qui dicitur Lodenica. (Gerl.) — Tethin castrum praeruptae rupis in culmine juxta fluvium Msam (Cosm.). — Ca. 1159. Transitus, qui est super fluvium Msee ad villam, quae vocatur Radotin. — 1186. flumen quod dicitur Misa, a flum. Wltava usque ad rivulum Chotecs. — Tumulus Kazi super ripam fl. Mzie, juxta viam, qua itur per montem Osieka (Cosm.). — 981. Castrum, quod est situm in monte Ossiek juxta flumen Mzie (Cosm.).

Načerac (Načeradec, Kůř. 224.)
1184. Nosque sublato corpore Gotscalci, descendimus in Natheraz, ubi missam interim popularem cantabat quidam sacerdos, nom. Radoslaus, qui animam ejus populo commendans, dicebat, quod ipsi magis indigerent ab eo commendari, quam ut eum commendarent Domino.

Nahoruby. (Nahoruby, Ber. 252.)
1012—37. Odalricus dux mon. Ostrov. orationis causa t didit donarium: Nahoryeh.

Nahošici. (Nahošice, Klat. 381.)
1115. Possessio mon. Kladrub: Nahosicih dimidia villa.

Nebřeziny. (Nebřeziny, Plz. 407.)
1146. Villa Nebrisini, cujus tertia pars pertinnebat ad episcopium Pragense, duae partes autem duci Wladislao. Totam dedit Wl. mon. Plas. pro tertia parte episcopali, tradens episcopo villam suam Ssupam juxta Rokezan.

Nebudželi. (Nebudžely, Bol. 83.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia Melnicensi: Nebusel, Ujezd, Gorusici etc.

Nečjamici. (Nečemice = Nebstienitz, Žat. 26.)
1115. Cada mon. Kladrub. dedit hereditatem suam post mortem suam: In Nechamihc terram ad unum aratrum. — Crinin Neganiche totam villam.

Nečtiny. (Nečtiny = Netschtin, Plz. 406.)
1169. a meta Nebsinensi. — 1185. Predota (Preda) de Nechetin (Neibstin) testis.

Neděliště. (Nedělišté, Hrad. 136.)
Ca. 1143. Joannes. ep. Prag. (1135—39) mon. Strahov. dedit „Nedelišti terram".

Nedošín. (Nedošín, Chrud. 176.)
1167. Dux Brecislaus (1092—1100) monasterio Lutomislensi „dedit praedium Nedosine cum apibus, custode earum, nom. Zouol cum filiis et filiabus".

Neosvětely. (Nůsle, Kúř. 245.)
Ca. 1088. Noztuleh duo servi eccl. Wyšegrad., Hrapa, Bogumil cum omnibus hortis. — 1130. ortos in Neosuetl, quos ecislaus II. (1092—1100) in datem capellae S. M. Magd. didit, fratres perpetuo jure possideant. — 1250. pars villae stli, quae ad Wenceslai I., suorumque praedecessorum mensam ctasse noscitur ab antiquo, Wenceslaus I. confert ecclesiae k.

Nepomuky vel Pomuky. (Nepomuky, Klat. 366.)

Monasterium Ord. Cisterciensium, fundatum temporibus Wladislai II. ca. a. 1153.

Abbates: 1176. Conradus abbas Nepomukensis, 1188. Hermannus, abbas de Pomuk. — 1219. Hartmuthus de Nepomuch.

Neradici. (?)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia Bozensi.

Nerestci. (Nerestce, Prach. 332, 333.)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia Bozensi: Nereztci.

Neščemici. (Neštěmice = Nestomitz, Lit. 56.)

1188. villa quam nobilis Groznata 1173—78 contulerat fratribus S. Joan. Hier.: In alia parte fluminis (i. e. Albiae) Neschemici, Breznice.

Netolici castrum et provincia. (Netolice, Prach. 360.)

1087. A villico Pragense de messoribus Netolicensibus praeposito Wyssegrad. praestabatur decima ovis. — 1106. Quod videns imperator deserit Ratisponam et transiens per australem plagam via, qua itur ad Netolic, intrat Boemiam. (Cosm.)

981. Principatus Slavnikonis, patris S. Adalberti, plagam ad australem has urbes habuit terminales: Chýnow, Dudlebi, Netoliczi usque ad mediam silvam (Cosm. Chr.) — 1228. in provincia Netolicensi: Prachatic, Baworovici, Karlowici, Malesici, Ctimíra Wesci, Radsici, Pogorovici, Ztronkovici, Lusna.

Beneficiarii Netolicenses: Castellani 1167. Nemoj. 1177 Odalricus. 1183 Ratibor. 1187 Stephanus et Georgius, fratres. 1222 Bohuše. 1183. Milhost comes, summus venator silvarum spectantium ad Netolic.

Netřibici. (Netřebice, Bydž. 116.)

1186. villa quae vocatur Netribiz, quam hospitali S. Joannis Hier. contulit Elisabeth ducissa.

Netvorici. (Netvořice, Ber. 251.)

Saec. XII. Cas miles Networycyh ad duo aratra de te contulit mon. Ostrov.

Neudorf. (Neudorf, Lok. 427.)
1196. Mon. Waldsass. possidebat in Boemia Neudorf et Rozstil atque Olgoztiz.

Neumírici. (Nauměřice, Rak. 11.)
1159. Wladislaus II. confirmat fratribus hosp. S. Joann. Hier. terram ad I aratrum in villa, quae Neumeric, quam terram cum silva et pomerio emerunt a Lube et aliis pluribus militibus.

Neutomici. (Nautomice, Rak. 13.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii circa castrum Pragam Nutomicih. — 1224. Wenceslaus I. ad petitionem Dlugomili abbatis de Brewnow, quosdam homines asscriptos glebae (quos b. m. Brecislaus in tribus villis ad regiam mensam in victualibus dandis specialiter pertinentibus, v. in Budehostich, Nuthomicich et in Segrovich, monasterio Brevnov. dedit perpetuo possidendos, ad vicina praedia ejusdem monasterii de villis nominatis transire fecit, villisque de novo fundatis propter majorem memoriam nova nomina taliter imposuit, sc. ut villa, quae prope Nuthomicih est, „Hole" dicatur.

Na Nevidi. (Nevidy, Plz. 390.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii Na Nevidi.

Nezabudici. (Nezabudice, Rak. 19.)
1186. Mon. Kladrub. habuit Nezabudicich quatuor piscatores Milhost, Otek, Domacha, Scaztowoy. — 1239. In provincia Roktenensi: Nesabudati.

Nezamyslici. (Nezamyslice, Prach. 345.)
1045. Mon. Brewnov.: Nezamizlice.

Nezly. (Nezly = Nesseln, Lit. 72, 73.)
1197. Groznata comes legavit Nezli filio Petri.

.zmiň. (Nesměň, Kúř. 220.)
Ca. 1088. Na nezmine terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum um ministerialibus Kvech, Sobek.

Nežetici. (Nežetice, Bud. 311.)

1186 praedium quod dicitur Nisetzi, Fridericus dux in recompensam contulit capellano suo Engelscalco.

Němčici. (Nemči = Nemschen, Lit. 48.)

Saec. XII. Wlastislaus filius Jheronei concambium fecit cum mon. Doksan., Martinowez partem praedii, quod sui juris erat, ibidem dictae domui dans et Nyemsic super Wlitawam situm recipiens ab eadem domo.

Němčici. (Nemčice, Klat. 382.)

Ca. 993. Boleslaus II. mon. Brevnow. contulit in Plznensi provincia villam Oyprnich et aliam Nemcyce.

Němčici olim ad Krašov et Ujezd. (Plz. 408.)

Wladislaus II. mon. Kladrub. contulit circuitum quod Ugezd, in quo sunt sitae novem villae: Krassowo, Nemcici, Potok etc.

Niněchov. (Niněchov, Bol. 83.)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia Melnicensi: Ninechow.

Ninice. (?)

1186. Mon. Kladrub. habuit partem fluminis Mise a lapide medio flumine sito usque ad villam, quae dicitur Niniz.

Ninonici. (Ninonice, Jinonice, Rak. 15.)

Ca. 1088. Ninonicih terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum cum caliciariis, qui sclavice dicuntur čjasnici: Luboš, Benik, Cajek; ibidem terra Kolvae ad aratrum.

Nisa flumen, ad Kladsko.

Ad aquilonalem plagam contra Poloniam castellum Cladzco, situm juxta flumen nomine Nizam. (Cosm.) — Dux Bracisl... 1096 cum omni exercitu suo in Polonia super ripam flumi... nom. Nizam, castro eorum destructo nom. Brido, longe infer... ejusdem fluvii aedificavit firmissimum castrum super alt... scopulum, unde nomen traxit Kamenec. (Cosm.)

Nišované. (?)
1186. Vicinatus, qui cum castellano de Dudleb disterminationi praedii Zazicih adfuit: Nichowani.

Niuunburg (Urbs nova Bolizlai) vide **Boleslav.**

Novakovici. (Novákovice, Klat. 365.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in prov. Plznensi.

Nové Sedlo (?)
1061—86. Wratislaus II. mon. Ostrov. contulit villam, quae dicitur Noue Sedlo.

Nučnici. (Nučnice aut Nučničky = Nutschnitz, Lit. 43 aut 71.)
Ca. 1057. Nuchnicih (Nucnicih) Mali cum terra, ministerialis eccl. Lutomer.

Nunčici. (Nučice, Rak. 16.)
1037—55. Nuncycyh, ubi custodes capellae in Spelunca S. Joannis Bapt.

Nutovici. (Netovice, Rak. 14.)
1045. Brecislaus I. mon. Brevnov. contulit Nutovicih dimidiam villam. — Villa mon. S. Georgii in prov. Prag.

Obodrž. (Obodrž, Bol. 81.)
1052. de Obodi servus eccl. Boleslav. destinatus ad torculare colendum.

Obóra, circuitus. (Obora, Plz. 408.)
1175. Soběslaus II. mon. Plas. donat circuitum Oboram, Kretkov et Babinam, cum pratis et aquis, quae sunt infra eundem circuitum.

Obrň. (?)
Ca. 1088. Wladislaus II. eccl. Wyssegrad. confert w Tetinsce: brini de terra ad II aratra cum duobus picariis.

'tce. (Obytce, Klat. 365.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia Pliznensi: Obitci.

Očeščici. (?)

1186 villa in circuitu mon. Kladrub: Bezdědowici, Ocezcici, Leskovici etc.

Odřepsi. (Odřepse, Bydž. 117.)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia Gauransko: Odrepsi.

Ogniškovici. (?)

1186. villa Ogniscowiz a Friderico duce collata mon. Kladrub. cum duabus mansionibus Bigedl, jure concambii pro circuitu, qui dicitur Olesna.

Ogra fluvius. (Ohra, Ohře = Eger.)

1183. Kadan supra Egram fluvium. — 1186. Burgum novum super Ogre fluvium situm, nom. Cadan. — 1165. in provincia Satcensi latissimus campus Prevlaka cum aqua Oegre. — 1088. Portus: Lúnih. — Dux Neklan novam urbem in plano loco construens nom. Dragus super ripam fluvii Oegre juxta pagum Postolopirth. (Cosm.) — 993. in Lutomericensi provincia villa Heridel cum paludibus et flumine Ogra usque ad Albiam. 1226. Ligna quae per Egram descendunt. — Mons Rip inter duos fluvios, sc. Ogram et Wlitawam. (Cosm.) — 1310. Joannes rex ... transvadantes flumen Egram veniunt Budynam.

Ojprnici. (Ojprnice, Plz. 412.)

Ca. 993. Boleslaus II. mon. Brevnov. contulit in Plznensi provincia villam Oyppernich nomine.

Okoř. (Okoř, Rak. 14.)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in prov. Prag Okori.

Oldriš (ad Předhradí, Bydž. 116.).

1110. Ast alia de parte amnis Cydlinae sine rapinis et si incendiis ibant incedentes Poloniorum phalanges, quoad usq pervenientes juxta oppidum Oldris, applicuerunt ad undam La fluminis. (Cosm.) — Saec. XII. Oldrisi in provincia Gawransco, p sessio mon. S. Georgii.

Oleško. (Olešek, Lit. 43.)

1140—73. Wladislaus II. donavit domui Doksan. villas Oleskec cum Bor adjacente.

Olešna circuitus. (?)

1186. Fridericus dux mon. Kladrub. contulit duas mansiones in villa Bijedl, villam Ognosowiz, terram Jankonis de Lochuzice et Slatina terram pertinentem Hradez, jure concambii pro circuitu, qui dicitur Olesna. — 1181. Gotsalc de Olesna testis.

Olešničané. (Olešnice = Alexnitz, Bud. 302.)

1186. Vicinatus, qui cum castellano de Dudleb disterminationi praedii infra Portam provinciae, cui nomen est Zazisih, adfuit, sc. Olesnichani.

Olešnica. (?)

1169. Wladislaus hosp. S. Joan. Hier. ad petitionem fratris sui Henrici addidit silvam quandam usibus ipsorum necessariam juxta Olesnice, protendentem in medium montem Hwojen ad fluvium Lupuhce et ad villam Camic et ad Procetin, deinde usque Tesk et tunc ad Rufum puteum, et sic jacentem usque ad dictum fluvium Lupuhce, ubi sumpsit initium.

Olgostic. (?)

1196 possessiones mon. Waldsass. in Boemia: Neudorf et Rozstil atque Olgostiz.

Olšané. (Olšané. ?)

1167. Praepositus Groznata monasterio Lutomyslensi dedit villam Olsan.

Opatovice coenobium et villa. (Opatovice, Chrud. 107.)

1086. Wratislaus II. cellam primatis Miculecz in Gradecensi territorio sitam, Brevnovensi coenobio subjectam, ammodo per se subsistere et abbatiam vocari et esse decrevit. — 1086 villae Opatouicz circuitus est a fluvio Labe usque ad pirum, a piro usque ad publicam viam, a publica via usque ad agros

ejusdem villae. — Rex Wratislaus II. in honorem S. Laurentii fundat regale monasterium in Opatouicz, cui praefecit capellanum suum Andream, primum abbatem. — 1167 abbas Lutomyslensis emit silvam a fratribus de S. Laurentio juxta Grubouic.

Abbates: 1086 Bolebud, 1108 Ones, 1108 Sulislav, 1160 Mysloch, 1227 Conradus etc.

Opatovice. (Opatovice, Chrud. 167.)

Ca. 1086. Wratislaus rex mon. Opatov. confert „villam inter Mokussin et Priluesc, Opatowicz dictum“.

Opočen castrum (Opočno, Hrad. 159.) **et provincia.**

Ideoque de loco Dobenina major pars exercitus cessit ad Conradum, Ottonem et Jaromir, metatique sunt castra circa oppidum Opoczen et infra (Cosm. 1068). — 1130. Soběslaus I. ecclesiae Wyssegrad. firmat decimam marcam de annuo tributo in his civitatibus: Gradci, Opocne, Hrudimi etc.

Opočen. (Opočenek, Chrud. 166.)

1131. Villa eccl. Olomuc. adjacens curiae Jesutboricensi: Opocen.

Opolané. (Opolany, Bydž. 117.)

Saec. XII. In prov. Gavransko villa Opoleni, possessio mon. S. Georgii.

Opyš, ad castrum Pragense.

1002. Aliis Poloniis fugientibus per praeruptam viam, quod vulgo dicitur „per caudam urbis“, in arta posterula prae angustia exitus ibi innumeris oppressis. (Cosm.) — Ca. 1088 Wratislaus I. mon. Wissegrad. dedit: Woykovici tota villa praeter terram Sancti Clementis de Opis. — 1278. Ex alia parte ca- stri, quod dicitur ad minorem portam, fossatum effossum a rivulo Bruska et ductum per montem Opis usque ad cu. d. episcopi trans flumen Wltavam.

Orašici. (Orašice, Ber. 257.)
Ca. 1145. Wladislaus I. mon. Strahow. dedit in villa Orassicih quatuor terras.

Ořech. (Ořech, Rak. 17.)
Ca 993. Boleslaus II. mon. Brevnov. contulit Crech (?) cum prato.

Osěk mons, ad Zbraslav.
Ejusque Kazi usque hodie cernitur tumulus, ab incolis terae ob memoriam suae dominae nimis alte congestus, super ripam fluminis Mse, juxta viam, qua itur in partes provinciae Bechin, per montem qui dicitur Osseca. (Cosm.) - Principatus Slaunikonis habuit terminum ad occidentalem plagam contra Boemiam rivulum Surina et castrum, quod est situm in monte Ossieka juxta flumen Msie (Cosm.). — 1088 fratres mon. Wissegrad habebant: Ultra montem Osec decimam urnam de melle in omni justitia et tertiam urnam de apibus ductricis ultra montem Ozec.

Osěk. (Osek, Bol. 110.)
1052. tributarii mellis eccl. Boleslav. in villa Osece.

Osěk. (Osek, Bydž. 118.)
Saec. XII. In provincia Gawranzko villa mon. S. Georgii.

Osici. (Osice, Chrud. 167.)
Ca. 1086 praedia mon. Opatov: Villam Ossicz cum omnibus servituti mancipatis et vinea, duosque vinitores Seba et Raczen cum posteris suis.

Oslnici. (Oslnice, Kúř. 231.)
Saec. XII. Ozlinici villa mon. S. Georgii

Oslov circuitus (?)
1197—1214 Daniel ep Pr. mon. Doksan. dedit circuitum ...ow, pro quo Premysl I rex in concambium dedit Pětipsy etc.

...o. (Osojné = Fasona, Plz. 407.)
...169. villa Osoym in circuitione juxta Plaz.

Ostrov (Insula) monasterium.

993—1003 monasterium ord. S. Benedicti in insula Wltaviensi a duce Boleslao II. fundatum, a duce Boleslao III. roboratum. — 1012—37. Udalricus dux orationis causa ad Ostrowiense coenobium donaria tradidit. — 1045 conventus ecclesiae S. Joannis Baptistae ad Ostrow. — 1137. Ostrov monasterium exustum.

Abbates: 999 Lambertus, 1160 Petrus etc.

Ostrov mons. (?)

993. Mon. Brevnov. habuit in Chocebuz ecclesiam cum duabus curiis et terram sufficientem cum monte Oztrov nuncupato.

Ostrov insula. (?)

Ca. 1088. Ecclesia Wyssegrad. habuit de Insula familiam: Marka cum filiabus Kuazena et Malucha.

Ostrov. (?)

1115. Monasterio Kladrub. comparata est in Oztrou terra ad unum aratrum sub testimonio virorum Marcuardi de Dubrau, Marcuardi de Unil et Bernardi de Cernosich.

Ostrov Malinin. (?)

1183. Fridericus dux fratribus hosp. S. Joannis Hier. confirmat Malinin Ostrow, quam comes Grabisse fideli servitio suo ab eo deservivit et eidem domui contulit.

Ostružen ager, ad Letky.

1159. Wladislaus II. hosp. S. Joan. Hier. addidit villam Lettegh, et prope eandem villam agrum unum ad coronam pertinentem, nom. Ostruzen.

Otava flumen.

1045. Sihouice cum flumine Otava, in provincia Prahensi. — 1088. Portus: Na Otaue. — 1130. Naulum na Otaue totum fratribus eccl. Wissegrad. habendum.

Otěšici (Otěšice, Klat. 385.)

1186 villa mon. S. Georgii in prov. Pilsnensi: Otesicih.

Otmici. (Otmiky, Ber. 271.)
Saec. XII. Otemeci villa S. Georgii in prov. Prag.

Otočené (?)
Saec. XII. Wolframus praepositus Doksan. ab uxore Jacobi et filio ejus Jacobo emit pro VI marcis silvulam in Otochene.

Otročin. (Otročín = Landek, Plz. 403.)
1185. Fridericus dux hospitali S. Joannis Hier. pro Borislau dedit quasdam villas quondam ad Sathec pertinentes: Stare Zedlo, Offrethin, Wlkošov etc.

Otročině-ves. (Otročiněves, Rak. 19.)
1037—55. Brecislaus I. mon. Ostrov. dedit custodes Welizensis ecclesiae Otrocynye-wsy. — 1205. Premysl I. custodes in villa Otrocynye-wes, quos quondam ecclesia Ostrov. per violentiam occupatos amiserat, ecclesiae S. Joannis Bapt. in Veliz, suffraganeae suae, ad quam sicut pro certo comperimus pertinere noscuntur, ascribentes in perpetuum reddimus possidendos.

Otvojici (Otvovice, Rak. 11.)
Saec. XII. Villa Otwici mon. S. Georgii de provincia circa castrum Pragense.

Ovenec. (Ovenec, Rak. 13., 14.)
1197. Dom. Groznata villam Ovence mon. Teplensi sub conditione deputavit; aratrum de terra, quod in Ovence, ad usum fratrum segregavit. — 1199. Hroznata de Owencz testis. — 1228. Heredes dominae abbatissae S. Georgii de Ownech: Wzrad, Scepan, Radostich, Marik, Nemoy, Bogdal, Voiata, testes.

Palava aqua. (Spalava, Časl. 209.)
Ca. 1147. Aqua in Boemia quae Palava, terminus circuitus Ljubjacensis.

šejov. (Pačejov, Prach. 344.)
Saec. XII. Na Pasejowe villa mon. S. Georgii in provincia 'rahinensi.

Patcha. (Pátek, Rak. 6.)

1196. Forum, quod Patcha dicitur, Milgost comes conventui Masstowiensi nullo contradicente vel reclamante assignavit.

Pauperum vicus. (v. Praga.)

Pelez. (?)

Vladislaus II. domui Doksan. contulit Pelez etiam et Hostinici, quod sui juris erat, cum equabus et custodibus earum.

Pennerit. (?)

Ca. 1182. Fridericus dux mon. Waldsass. obtulit praedium quoddam cum toto jure et omnibus appendiciis suis hereditarie possidendum, villam sc. Pennerit nomine, sitam in comitatu Sacensi, cum campis, silvis etc. — Ca. 1196. Possessiones ejusdem monasterii in Boemia: Prevlac, Penerith cum terminis suis . .

Perchov (?) ad Chotěšov. (Lit. 44.)

Saec. XII. Wolframus, praepositus Doksanensis, a Redhore emit, quod habuit in Perchov, quod est juxta Goteshov, pro 20 marcis.

Perúc. (Perúc, Rak. 6.)

1057. Ecclesia Lutomer. habuit Peruc Pissr piscatorem cum terra. (Poruc) — 1189 Groznata Crispus hosp. J. Joann. Hier. dedit omnes suas possessiones, exceptis duabus villis Peruce et Vlacciz, quas alibi dederat, post decessum suum suaeque uxoris, ad serviendum pauperibus et infirmis praedicti hospitalis. — 1172. Mesco de Peruc testis. — 1182 Groznata de Peruz camerarius ducis Friderici, testis.

Pesčané (Píšťany = Pistian Lit. 42.)

Ca. 1057. Peschaz (Pelceass) Bikut rusticus cum terra min. eccl. Lutomer.

Pesčás = loc. Pesčané.

Petrin mons, ad Pragam. (Petřín = Laurenziberg.)

Australi ex latere (a castro Prag.) latus mons nimis petrosus, qui a petris dicitur Petrin. (Cosm.) — 1134. Abbas

Sazaviensis lapidibus politis de Petrino monte advectis pavimentum ecclesiae S. Joannis B. adornavit. — Ca. 1135 sex hospites eccl. Wyssegrad. sub monte Petrino w Traunice. In Petrin vinea et duo vinitores. — Ca. 1135 capella S. Laurentii, quam Soběslaus I. dux obtulit ecclesiae Wissegradensi. — 1252. Soběslaus dux capellam S. Laurentii in monte Petrino juxta Pragam . . . ecclesiae Wissegrad. ad solvendum censum papalem contulerat. — 1142. Moniales S. Georgii subito invento exitu de civitate (castro Prag.) fugientes, in locum unum sub Petrzin monte secesserunt ac in ecclesia S. Joannis Bapt. quasi exules manserunt. (Cosm. Cont.) — 1146. Mon. Plas. habuit „curiam et vineam in suburbio sitam“, quam episcopo Heinrico concambio dedit pro praedio ecclesiae Pragensis in villa Plasensium, nom. Cecyn. — 1415. Vinea dominorum de Plas penes murum in monte Petrino. (Tomek.)

Pěstodub. (?)

1181. Pozden testis, Milgost cum filio suo Stephano. — 1183. Pozden de Pestodup major procurator in beneficio Milgost (Milgost comes, beneficium habens in Bouzes et summus venator silvarum spectantium in Netholic.)

(Quoad nomen, confer „Pardě-dub“, signale trigonometricum in confinio Reginae-Hradecensi.)

Plačici. (Plačice, Hrad. 134.)

Ca. 1086. Tessen praepositus Gradecensis terram unius aratri obtulit in Placzic mon. Opatov.

Plané. (Plané, Planá = Planes, Plz. 406.)

1169 villa Plane in circuitione juxta Plaz.

Plasy. (Plasy, Plz. 407.)

Praedium ducis Wladislai I. Plaz vocatum, quod filius ejus Vladislaus II. 1146. fratribus ord. Cisterc. cum omnibus suis ttinentiis contulit perpetuo jure possidendum.

Monasterium Plasense ordinis Cisterciensium fun-tum a duce Wladislao I. a. 1144—45. Ecclesia S. Mariae.

Abbates: 1146 Ivo Langheimensis, 1169 Meinherus, 1193 Meingotus, 1194 Albertus, 1205 Meinherus, 1214 Albertus, 1219 Henricus etc.

Platimice. (Platěnice, Chrud. 169.)
Ca. 1086 Gezo abbas, capellanus regis Wratislai II., monasterio Opatoviensi contulit „Platimucz villam", rex autem addidit „ad eandem villam aquam Trenyzam a Roztok usque Prachouicz". — 1228. Conradus abbas Opat. „villam Placzimicz apud Johannem filium Jarohniew, in praesentia Otacari regis pecunia comparavit". Idem abbas „Lutha juxta Placzimicz" emit.

Ples. (Ples, Hrad. 136.)
1186. Villa Plessow, quam Primizl dedit hospitali S. Joannis Hier. pro parte de Buitsow.

Vz-Plese. (Ples.)
1167. Wladislaus II. mon. Lutomyšl. dedit et Grussowa cum flumine Trstenice usque ad Vz-plise.

Plesom. (Plezomy = Plesau, Plz. 401.)
1115. Wladislaus I. mon. Kladrub. contulit totam silvam inter duas aquas Msam et Msickam usque ad Teutonicam terram, exceptis 12 villis quae antiquitus fuerunt ibi constitutae: Lom, Benesevici, Lobzi, Plezomi. . . .

Plešivec mons.
1088 W tetinzce habuit eccl. Wyssegrad. „Plesiuec totus mons usque ad viam, ibidem de terra ad duo aratra".

U Plevy. (?)
1193. Agnes, uxor Cunonis filii Gumpoldi, praedia trium villarum contulit mon. Plaz., quorum nomina: Glubochi, Vplewi, Vdrascha. 1204. Domina Agnes, nobilis viri Cunonis de Po
vidua, villas quasdam Plaz. mon. in ecclesiae consecr
contulit: Mozidlik, Hluboky, Uplevice, Udrazka, Srubn
Mozidliz, Huboki, Vpleuice, Vdrazka, Srubni, Wladimir

Ploskovici. (Ploskovice = Ploschkowitz, Lit. 72.)

1057. Pavel dal iest Plosskovicih zemu (eccl. Lutomer). — 1173—78 villa Plozkowici, quam nob. Groznata tempore Soběslai II. contulit fratribus S. Joannis Hier.: Swadou . . . Probostou, Plozkowici.

Plzeň civitas et provincia. (Plzeň, Plz. 388.)

976. Imperator Otto II. Henricum ducem Bavariae in Bojemia cum duce Bolizlao manentem valido exercitu petens nil ibi prorsus profecit. Proelium ad „Pilisin" imperatori infaustum. (Ditm. Merseb.) — Istius terrae manet hac terminus urbe i. e. Plizene. (Cosm. Vita S. Adalb.) — 1109. Wladislaus dux, qui regis Henrici vocatione debuit in octavis Domini interesse regali synodo Ratisbonae, propter jussum regis accelerans, in civitate Plizen cum ceteris comitibus festis diebus mansit duobus. (Cosm.)

Plzeň provincia.

993. Villicus Pliznensis provinciae mon. Brevnov. in Pascha 300 nummos persolvat, in pentecosten 300, in festo S. Mihahelis 300, in Nat. Domini 300. Boleslaus II. adposuit 10. forum, 10que denarium de omni judicio in hiis civitatibus: in Plizeni etc. — 1130 fratres Wyssegrad. habent 10. marcam de annuo tributo in his civitatibus: Pilzni.

Saec. XI. In Pliznensi provincia villam Ojprnicih et aliam Němčice. — 1186. Villa na Zucoue, in provincia Pelzen super Msea fluvium. — 1213 dominus Theobaldus, cui tamquam fideli Otacarus I. rex custodiam Pliznensis provinciae commiserat. — Ca. 1228 et 1233. In provincia Pilznensi nonum theloneum Domasilici, Givnaz, Na ptenine, Otesicih, Benovicih, W horcah, Nowacowicih, Sizencowicih, Tinci, Dudlebcih, Obitci, Brisici. — Ca. 1239. In Pilsen terra de Glupogla, Bonetici, Lubevici, Scepanouici, Roswadou, Keblene, Ostrau, Maci, Wranovici, Coscon, Podeusi, Suquerene, Lusna, Tlucna, ..rene, Na lesne, Zdemissio et na camenici villa.

..eneficiarii: Castellani 1160 Drzislaus urbis praefectus ..onne, 1172 Sezema, 1177 Suda, 1189 Drzislaus. — Ju-

dices: 1048 Joannes, 1146 Hermannus, 1192 Joannes. — Camerarii: 1219 Ratmirus. — Villicus 993.

Archidiaconatus Pilzensis: Archidiaconi 1172 Zdeslaus, 1216 Pribislaus etc.

Pnětluky. (Pnětluky = Netluk, Žat. 23.)

1115. Wladislaus I. domui Kladrub. addidit quatuor villas: Milucovo . . . Pnetluk. — 1186. Pnetluki.

Pobоř. (Poboří, Čásl. 217.)

Ca. 1142 villa d. Miroslai, qui contulit mon. Sedlec „in Pobor curiam cum terram Odolen et terra Donati."

Počatici (?)

XII. Quidam miles, nom. Asinus filius Hoze, dedit domui Ostrov. quandam ecclesiam in loco qui Crusina et terram Pocatycyh ad aratrum sufficiens, quam oblationem Otto ep. Prag (1140—48) banni vinculo sanxit.

Počudici. (?)

1057. Wilelmus ecclesiae Lutomir. dedit Pocudicih terram.

Podě-brady. (Poděbrady, Bydž. 115.)

1199. Arnoldus de Podibrad testis. — 1226. Groznata comes de Podibrad testis.

Podě-úsy. (Poděvousy = Podiefus, Klat. 380.)

1115 villam plenam Podeuzi Wladislaus I. contulit mon. Kladrub.

Podlažice. (Podlažice, Chrud. 171.)

Monasterium Ord. S. Benedicti. Wrbata (ca. a. 1159.) conditor ecclesiae (Necr. Podlaž.). — 1159 consummatur monasterium ordinis nostri (i. e. S. Benedicti) in Podelasic (Neplach)

Abbates: 1160. Hugo abbas de Podelasicheh.

Podlešin. (Podlešin = Padloschin, Lit. 54.)

Saec. XII. Villa Podlesin mon. S. Georgii, in prov. Lutom

Podlišim. (Podlešin, Rak. 11.)
1052. De Podlissin Suerad destinatur ad colendum torcular, servus eccl. Boleslav. — 1088. Eccl. Wyssegrad. Potliscimi terram habuit ad tria aratra cum vinitore Radosta et filiis ejus Pribisa, Quas, Misera, Straz. — 1088. Familia ejusdem ecclesiae de villa Potliscim: Uxor Suogbog, nomine Tulna cum tribus filiis et filia nomine Radohna; de eadem villa Tehna cum filio et filia Goztena, ibidem etiam Quaz. nom. Krabaua cum filia Nebraga, altera Ziznaua, tertia Ceyka.

Podmokli. (Podmoklí, Prach. 347.)
1045. Brecislaus I. mon. Brevnov. confert Podmocli cum teloneo in Bresnich. — 1233. Albertus comes de Bogen, ecclesiae Windberg. confert in terra Boemorum ecclesiam Schutenhoven cum villa adjacente, Podmokel dicta.

Podmokli. (Podmokli, Plz. 405.)
1115 villam plenam Podmokli Wladislaus I. contulit mon. Kladrub.

Podmokli. (Podmoklí, Rak. 19.)
1045. Brecislaus I. mon. Brevnov. dedit Podmocleh octo homines.

Podolšané. (Podolšany, Chrud. 167.)
Ca. 1142 possessio d. Miroslai, mon. Sedlec collata: Podolsani cum omnibus attinentiis suis.

Podruhli. (Podruhly, Prach. 337.)
Saec. XII. Villa Podruhli mon. S. Georgii in provincia Bozensi.

Podskalé villa. (Podskalí ad Pragam.)
1199 agri ecclesiae S. Joannis in Boist, infra quasdam vias, quae eandem terram versus occidentem terminant in valle ad villam Podzkale.

dviní. (Podviní = Podewin, Lit. 72.)
Ca. 1057 Spytigneus I. fratribus eccl. Lutomer. addidit cir-uitum silvae ante urbem (Lutomer.) cum agris eidem silvae djacentibus, et Podviné.

Pogorici. (Pohořice = Pohorz, Lit. 74.)
1173—78. Possessio, quam nob. Groznata cum Suadov et aliis villis vicinis contulit domui S. Joannis Hier.: Pogorici.

Pogorovici. (?)
Saec. XII. Villa Pogorowici mon. S. Georgii in prov. Netolicensi.

Pokratici. (Pokratice = Pokratitz, Lit. 42.)
Ca. 1057. Pocraticih tres vinitores Dalesse, Cecen, Oras habuit eccl. Lutomer. cum terra.

Na Poleně. (Polínka = Polinken, Plz. 404.)
1183 villas quondam ad Satec pertinentes jam diu fere desertas: Stare Sedlo... Na Poleně, quas Fridericus dux pro Borislau dedit fratribus S. Joannis Hier. — 1183. Fridericus dedit et confirmavit V polene, Wranow et omnem silvam circa et infra villas jacentem, quae vulg. dicitur Hole, ubi custodes silvae ducalis fuerunt, qui dicuntur hayni.

Polepi. (Polepy, Lit. 75.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in provincia Lutomer: Polepi.

Na Poli. (Pole, Prach. 342.)
Saec. XII. Na poli in prov. Bozensi poss. mon. S. Georgii.

Políčka, prata na políčkách. (Políčka, Chrud. 179.)
1167. Prata omnia, quae vocantur Na polickah.

Polom. (Polom = Pohlem, Lok. 425.)
1185. Na polomy, villa collata fratribus S. Joannis Hier.

Poněbuz-laz. (?)
1115—1186. Wladislaus II. domui Kladrub. dedit villas 25 plenas: Cladorubi, Werbichane, Ponebuzlaz....

Pons Gněvin (vide Gnevin Pons).

Popovici. (Popovice veliké, Kúř. 230.)
1052 villa Popovice, quam Brecislaus I. contulit eccl. Bole-

Popovo. (Popovo, Plz. 393.)
Ca. 1057. Spitigneus II. eccl. Lutomer. contulit 15 villas ordinatas cum omnibus necessariis, silvis vid. et pratis: Popouo.

Popovská, campus ad Unětic.
1132. Alter est campus Bresti medius; pro ipso debet frater Zbygnei sacerdotis ad ecclesiam Vneticensem dare 10 denarios, hoc est Popovská (i. e. role).

Porta Apostolorum, monasterium Ord. S. Benedicti.
Vide Apostolorum Porta.

Porta lupi, ad Pragam.
1199. Agri locati sunt infra quasdam vias, quae eandem terram versus occidentem terminant in valle ad villam Podzkale, versus orientem vero ad locum qui vocatur Porta lupi, circa ecclesiam Na bojišti.

Porta terrae v. Teplá, Portae custodiae v. Dobenina, Porta custodiae v. Trstenica, Porta provinciae v. Zagor.

Pořešici. (Pořešice, Ber. 261.)
1012—37. Udalricus dux mon. Ostrov. tradidit donarium: Poryesichyh. — 1229. Quidam rustici monasterii Ostrov. ex villa Porezic habebant agrum juxta Tynzcan, villam abbatis de Mileuzco.

Pořičie. (Poříčí ad Pragam.)
Saec. XI. Mon. Brevnov. habuit decimam de omni agricultura in Porecze.

Postřižin. (Postřižin, Rak. 10.)
Ca. 1052. Postrizine Bezdruh et Maceta cum filiis, custodes eccl. Boleslav.

ˢtupici. (Postupice, Kúř. 225.)
Saec. XII. Quidam miles nobilis, nom. Wchyna, praedium, quod t in provincia Churym, cui nomen Postupicyh, mon. Ostrov. ntulit cum silva.

Potlišim v. Podlišim.

Potok. (Potok. Plz. 406.)

Wladislaus II. rex contulit eccl. Kladrub. circuitum quod vulgo Vgezd, in quo sunt novem villae: Krassovo.. Potok... etc.

Povrli. (Povrly = Pömmerle, Lit. 56.)

1188 villae, quas Mesco, frater nobilis Groznatae, domui hospitalis S. Joannis Hier. pro salute animae suae contulerat et quas ipse Groznata in usus suos a fratribus ad tempus receperat: Pourrli, Rigici, Rostoci, Werece, Nawiezdl.

Praga urbs, castrum, civitas, metropolis. (Praga, Praha.)

Ljubossa: „Urbem conspicio, fama quae sidera tanget! Est locus in silva, villa qui distat ab illa terdenis stadiis, quem Wlitawa terminat undis. Hunc ex parte aquilonali valde munit valle profunda rivulus Brusnica; at australi ex latere latus mons nimis petrosus, qui a petris dicitur Petrin, supereminet loca. Loci autem mons curvatur in modum delphini, marini porci, tendens usque in praedictum amnem. — Ad quem cum perveneritis, invenietis hominem in media silva limen domus operantem. Et quia ad humile limen etiam magni domini se inclinant, ex eventu rei urbem, quam aedificabitis, vocabitis Pragam!“ Continuo itur in antiquam silvam, et reperto dato signo, in praedicto loco urbem, totius Boemiae dominam, aedificant Pragam. (Cosm.)

993. Via, per quam (ex partibus Brevnov) venitur ad civitatem Pragam ... — 1132 via magna, quae vadit Pragam (secus Unětic). — 1125 prope urbem Pragam in silva, quae est circa coenobium Brevnov. (Cosm.) — Via, qua itur in partes provincia Bechyn per montem Osseca super ripam fluminis Mse. (Cosm.)

932. Translatum est corpus S. Wenceslai M. de Boleslа oppido in urbem Pragam. (Cosm.) — 967. Ventum erat ad regiam urbem Pragam. (Cosm.) — 968. Praesul Detmaru novam redit totius Boemiae in parochiam, atque ut ventum est

metropolim Pragam, juxta altare S. Viti intronizatur. (Cosm.) — Dux Mesco veniens cum valida manu Polonica invasit urbem Pragam et per duo spatia annorum, sc. ao. 1000 et 1001, obtinuit eam. (Cosm.) — Sobebor, frater S. Adalberti, Boleslaum Polonum, qui nocte mediante de castro Pragensi cum prima legione exiverat, subsequutus, in ponte vulneratus oppetiit. (Ditmar, Merseburg.) — Fugientesque nonnulli Polonorum praecipitantur de ponte, quia pons erat interruptus ad insidias hostibus; aliis fugientibus per praeruptam viam, quod vulgo dicitur „per caudam urbis", in arta posterula prae angustia exitus ibi innummeris oppressis, vix ipse dux Mesco cum paucis evasit . . . (Cosm.) — Postera luce dux Ovdalricus intrat urbem Pragam. (Cosm.) — 1041. Heinricus imp., ut pervenit ad urbem Pragam, ante ipsam ex adverso fixit aquilas Šibenica in monticulo. (Cosm.)

1110. Privitan, qui videbatur senior esse in urbe Praga (Cosm.)

1189. Cunradus qui et Otto, adeptus primo castrum Pragense, deinde Boemiam necnon et favorem Boemorum, Ratisbonam adiit etc. (Gerlach.) — Urbs Pragensis, ubi sedes regis Bohemorum et totius regni esse non dubitatur. (Cont. 1282.)

Moenia, fossata, portae et turres.

1002. Poloni fugientes nonnulli praecipitantur de ponte, quia pons erat interruptus ad insidias hostibus (i. e. Boemis); aliis fugientibus per praeruptam viam, quod vulgo dicitur per „caudam urbis", in arta posterula prae argustia exitus innumeris oppressis. (Cosm.) — Sobebor Boleslaum Polonum subsequutus in ponte vulneratus oppetiit. (Dietm. Mers.)

1037—55. Bracislaus I. reaedificavit moenia totius urbis Pragae per gyrum, ubi forte exiit, ut Spytigneus ducis filius cum suis circa S. Georgii claustrum componeret murum; et cum nullo modo recte poni posset murus nisi destrueretur fornax abbatissae, qui ibi forte stabat, jactata fune in media jussit eum dejicere in torrentem Bruzincam. (Cosm.)

1092. Bracislaum II. ducem episcopus cum clero et magnifica processione suscipiens in porta civitatis ante templum S. Mariae, deducit ad solium. (Cosm.) —

1105. Suatopluk cum suo comitatu intrat Boemiam et occurrunt sibi perfidorum agmina; quidam vero ex eis exspectant, ut eum aperta janua urbis Pragae recipiant infra moenia. Sed prius eadem die dux Borivoj valde diluculo veniens, praeoccupat urbem et ponit in ea fortia praesidia, atque episcopo Hermanno eam committens, se cum suis ad Wissegrad contulit. Et ecce Suatopluk cum sex legionibus apparet in campo. Et quia nullus obviam sibi venit ab urbe, incertus et dubius parum substitit. Et mox transvadantes fluvium Wlitavam infra villam quae dicitur Bubni, applicuerunt urbi; sed inveniunt clausas portas et super muros fortiter resistentes milites. (Cosm.)

1135. Eodem anno metropolis Boemiae Praga more latinarum civitatum coepit renovari. (Cosm. Cont.) — Tu Soběslav kněz svéj zemi k okrase zdiú obnovi hrad u Prazě. (Dal.)

1142. Conradus Pragam obsidet, armatos circumquaque adhibet; machinas, balistas, sagittarios instruit, ad ultimum in monasteria, in claustra, in aedificia ignes mittit. Moniales de coenobio S. Georgii mart. Sque Ludmilae mart. omnia sacraria et habitacula sua combusta videntes, subito invento exitu de civitate fugientes, in locum unum sub Petrzin monte secesserunt. (Cosm. Cont.) — Moravienses Pragam obsederunt et monasteria S. Viti, Wenceslai atque Adalberti sanctique Georgii incendio vastaverunt. (Sazav.)

1178. Si dux est extra Boemiam in expeditione, tunc debent Theutonici (Pragenses) Pragam custodire circa quamlibet valvam cum duodecim scutis. (Priv. Theut.)

1241. Vacslav (král II.), Prahy zdiú je sě hraditi a s hradu cěsty k řěce je se zdiú činiti. (Dal.)

1252. Turres Pragensis castri munitae sunt. (Cont.)

1255. Principe Premysl exeunte de castro Pragensi m
vis ventorum quendam equitem sequentem dejecit de r

ante castrum. — 1255. Margareta uxor Przienysl II., recepta est in porta castri Pragensis ab episcopo et canonicis Pragensibus cum processione solemni. (Cosm. Cont.)

1278 duo fossata facta sunt ante Pragense castrum; longitudo utriusque protendebatur a rivulo Bruska usque in Oboram. Renovatum est et antiquum, quod est propius muro castri. Ex alia parte castri, quod dicitur ad minorem portam, effossatum fossum est a rivulo Bruska et ductum per montem Opyš usque ad domum episcopalem. (Cosm. Cont.)

1281. Pluvia descendit in maxima quantitate, subvertendo funditus aedificia murorum in Pragensi castro circa ecclesiam S. Georgii, murum castri versus aquilonem funditus evulsit et in Bruscam rivulum dejecit.

1281. Impetus ventorum, qui dejecerunt gravissima et firmissima aedificia. In turri quae dicitur „ad majorem portam“, Pragensis castri primum aedificium, secundum aedificium contra domum d. episcopi et curiam, quae vocabatur antiquitus „turris episcopalis“, aedificata in fronte castri opere firmissimo et artificioso, decidit in terram. Tertium aedificium in turri circa pedem pontis de nobili et fortissimo opere vi ventorum detrusum corruit in terram. De aliis minoribus aedificiis in turribus munitionum aedificatis seu propugnaculis, specificare non possumus, sed secundum quod cognovimus, XXIV aedificia turrium infra castrum Pragense et muros civitatum per vim ventorum corruerunt. (Cont.)

Žizi locus.

1002. Oudalricus dux rediens in patriam, intrat castrum Drevic, unde militem mittit sibi fidelem et ammonet, quo intrans urbem Pragam (a Polonis occupatam) per noctem clangore buccinae perterrefaciat incautum hostem. Mox fidelis cliens jussa facit et ascendens noctu in media urbe eminentiorem locum, qui dicitur Zizi, tuba intonat etc. (Cosm.)

Palatium vel aula et Solium seu sedes principalis.

Fert Duringus funesta dona, sperans pro tali facto (nece filioli ducis Wlastislai olim Lucensis) innumera consequi munera, et

invenit ducem in Pragensi palatio cum omnibus residentem comitibus in concilio. (Cosm.) — 1037. Et sicut semper in electione ducis faciunt, per superioris aulae cancellos 10.000 nummorum aut plus per populum spargunt, ne ducem in solio comprimant (Cosm.) — 1037. Jaromir Bracislaum fratruelem ducit ad sedem principalem. — 1055. Die, qua intronizatus est Spytigneus (Cosm.) — 1061. Wratislaus omnibus Boemis faventibus sublimatur in solium (Cosm.) — 1092 Bracislaum II. episcopus suscipiens in porta civitatis ante templum S. Mariae, deducit ad solium, et secundm ritum hujus terrae ab universis comitibus et satrapis est intronizatus dux junior Bracislaus. (Cosm.) — 1100. Borivoj festinus veniens omnibus faventibus intronizatur. — 1107. Ut reducentes Borivoy ducem in urbem Pragam iterum relevent in principalem cathedram. — 1109. Elevatus est autem Wladislaus in solium. Alii, quibus mens erat altior et fides purior, tendunt ad principalem sedem in urbem Pragam. — 1125. Omnibus Boemis faventibus, Soběslaus jure hereditario in principatus solio elevatus est avito. (Cosm.) — 1142. Dux Wladislaus II. firmata civitate Praga, fratrem suum Thebaldum cum quibusdam militibus valde bellicosis pro tuenda civitate et principali throno, quodam saxo, quod est nunc in medio civitatis, pro quo non solum nunc, sed etiam ab antiquo multa millia militum bello corruerunt, Pragae dimisit. (Vincent.)

Ecclesia S. Mariae.

Bořivoj prvý kostel u Hradciu postavi, svatému Klimentu jej oslavi; druhý Svaté Mařie na Praze, ot velikých vrat ihned na dráze. (Dal.) — Bořivoj vrátiv sě, ve jmě svaté královny kostel u Pražském městě (i. e. hradě) učinil, jakž byl v tom v svém poběžení Matce Boží u Moravě slíbil. (Leg.) — Episkop v cerkvi presvjatyja Bogorodica Marija vzvedše Vjačeslava postaviša na stepeni pred oltarem i blagoslovi jego. (Leg.) — 1092 ips autem Cosmas ep. cum clero et magnifica processione suscipie Bracislaum in porta civitatis ante templum S. Mariae deduc ad solium (Cosm). — 1255. Principe Přemysl exeunte de cast

Pragensi, campanarium ligneum cum campanis intra muros S. Mariae corruit, vi ventorum magna impellente. (Cosm. Cont.)

Ecclesia S. Georgii.

Vratislav ve jmě svatého Jiřie duchovním pannám na Pražském hradě klášter učinil. A potom po některých časiech svatý Vacslav Ludmilino svaté tělo do Prahy z Tetína přinesl a u svatého Jiřie v klášteře duchovních panen poctivě pochoval. (Leg.)

Monasterium monialium Ord. S. Benedicti ad S. Georgium.

967. Mlada, Boleslai II. soror germana, Romae monasticis disciplinis imbuitur. Apostolicus consecrat eam abbatissam, mutato nomine Mariam, dans ei S. Benedicti regulam et abbatialem virgam. Ecclesia vero S. Georgii datur ei abbatissae. 1037. dux Udalricus mortuus delatus est in ecclesiam S. Georgii (Cosm.)

Abbatissae 967, 983 Maria (Mlada); temporibus Brecislai I. abbatissa ignoti nominis (Cosm. 1055.), 1100 Windelmuth.

Praepositi. 1073. Petrus, patre genitus Podiva, pollens S. Georgii praepositura (Cosm.) — 1129. Petrus praepositus S. Georgii M. (Cosmae Cont.)

Ecclesia S. Viti, Wenceslai et Adalberti.

935. Wenceslaus ecclesiam in metropoli Praga sub honore S. Viti mart. constructam, non tamen consecratam, morte praeventus reliquit. Dedicata est X. Kal. Oct. a Michaele episcopo Ratisponensi (Cosm.) — 939. Boleslav posla jerěja i slugy svoja i prinese tělo brata svojego, svjatago Vjačeslava, iz Boleslavlja-grada v Pragu. I položiša i v cerkvi svjatago Vita o desnuju stranu oltarja. — Po několicěch-že lětěch preneseny byša mošči jego v slavnyi grad Pragu i položeny byša u Svjatago Vita. (Leg. Cf. Cosm. ad a. 939.) — 967. Collaudat Johannes papa, quo ad ecclesiam S. Viti et Wenceslai martyrum fiat sedes episcopalis. (Cosm.) — 968. Primus episcopus Dethmarus juxta altare S. Viti inthronizatur ab omnibus. — 983. Otto II. imp. dat Adalberto episcopo paramenta, in quibus missam celebrarat in pascha, sc. albam, dalmaticam, casulam, cappam et faciterium, quae usque hodie in Pragensi

ecclesia honorifice habentur et dicuntur „paramenta S. Adalberti“. (Cosm.) — 1058. Judita, conjunx primo Bracislai, postea Petri regis Ungarorum, sepulta est Pragae juxta virum suum Bracislaum sanctorum martyrum Viti, Wenceslai atque Adalberti in ecclesia. (Cosm.) — 1060. Spytigneus dux videns ecclesiam S. Viti non adeo magnam nec capessentem populum concurrentem ad festivitatem sanctam, quam vid. ipse S. Wenceslaus construxerat ad similitudinem romanae ecclesiae rotundam, in qua etiam ejusdem corpus quiescebat, similiter et aliam ecclesiolam, quae fuit contigua et quasi in porticu sita ejusdem ecclesiae, cujus in medio nimis in arto loco erat mausoleum S. Adalberti, optimum ratus fore, ut ambas destrueret et unam utrisque patronis magnam construeret ecclesiam.

Domus et curia episcopi cum turri.

995 episcopale forum inrumpunt. (Canap.) — Pontificale forum complevit milite totum. (Leg.) — 1148. Cum post celebrata divina in superiori palatio d. episcopi Sobieslao residente et beneficia exspectante, quae rex in inferiori caminata videbatur disponere, capitur et in majorem ibi turrim ponitur. (Vinc.) — 1194 qui sedebant ad mensas in stuba magna episcopali. — 1281. Secundum aedificium contra domum d. episcopi et curiam, quae vocabatur antiquitus „turris episcopalis“, aedificata in fronte castri. (Cont.) — Biskupa právo pohoniti kmetem zemským v hradě, v jeho dvoře, kdež dvorem sedí. (Rožm.)

Monasterium vel claustrum „SS. Viti, Wenceslai et Adalberti“.

1091. Monasterium Pragense S. Viti incendio corruit. — Monasterium S. Wenceslai combustum est. - 1142. Conradus civitatem Pragam obsidens, monasterium S. Viti incendit. (Cosm. Cont.) — 1271 ecclesia Omnium Sanctorum, quae sita est in exitu claustri versus curiam regalem. (Cosm. Cont.

Praepositi: 989 Welich, 1068—98 Marcus, Ota, Ju. 1144 48 Daniel, 1148 Heinricus, 1160—69 Udalricus, 1174 Martinus, 1180—82 Pilgramus, 1184 Cuno, 1184—90

mannus, 1194—1201 Florianus etc. — Decani: 1110—25 Cosmas, 1142 Petrus, 1142—47 Heinricus, 1160—77 Paulus, 1184—97 Zdeslaus. — Scolastici: 1120 Mag. Gervasius, 1160 Mag. Hieronymus, 1177 Mag. Paulus.

Archidiaconi: 1142 Petrus, 1167—72 Domaslav, 1176—94 Slavoň, 1197—1205 Chvalek etc.

Suburbium.

Sclavenorum principes sunt Bojslav, dux Frâgae et Bujmae et Cracovae (i. e. Boleslaus II.). — Quod attinet terram Bujslai, distat urbs Frâga ab urbe Cracova ter decies dierum itineris. Urbs Frâga habet domus aedificatas lapidibus et cemento, estque ditissima commercio suo. Frequentant eam urbem Russi et Sclaveni ex urbe Cracoa, frequentant eam Musulmani, Judaei et Ungari. (Rel. Arab. Saec. X.)

1091. Nusquam enim melius ditaberis, quam in suburbio Pragensi et vico Wissegradensi! Ibi Judaei auro et argento plenissimi, ibi ex omni gente negotiatores ditissimi, ibi monetarii opulentissimi, ibi forum, in quo praeda abundans. (Cosm.)

1092. Wratislao II. successit junior Bracislaus, quem advenientem in urbem Pragam, laetis choreis per diversa compita dispositis tam puellarum quam juvenum modulantium tibiis et tympanis et per ecclesias pulsantibus campanis plebs laetabunda suscepit; ipse autem episcopus cum clero suscipiens eum in porta civitatis ante templum S. Mariae deducit ad solium. (Cosm.)

1118. Nam noster iste fluvius Wlitawa repente erumpens de alveo, ah, quot villas, quot in hoc suburbio domus, casas et ecclesias suo impetu rapuit! (Cosm.)

Ca. 1088 in Pragensi suburbio ecclesia Wyssegrad. habuit ministeriales: Na Zátoně Quas cum filio Casca, Bogdal, Imram. W traunice custodes Kohaca, Bogdal, Dedumil, Kueten. Camnarii, Maliska, Lutos, Domamir faber, Odolen caldarius, stodes Radouan, Zbor, Petrata, Milon, sutores Vít, Kraik nci, Celac, cerevisiarii Sobík, Sesur, Caston, bucularii Ma-, Zkorac, drizeci Zlauik, Ztraneg, Scoroska, Modlibog,

Bezded, Boseta, fabri Macek, Crec, Waurik, Bogumil, pistores Quasic, Radouan, Palicka, Groznata, Bisek, Nesata, Pivona, Vratizir, Rak.

Suburbium in sinistra ripa Vltavae, sub castro Pragensi.

1159. Wladislaus II. hospitali S. Joannis Hier. dedit terram quandam ad coronam regni pertinentem „Pragae juxta pontem secus aquam inter quatuor vias“ (ad condendum hospitale cum ecclesia B. Mariae Virg.), ipsamque aquam a superiore parte inferioris insulae usque ad pontem.

1190. Fratres monasterii Plas. habuerunt „curiam et vineam in suburbio sitam“, quam cum episcopo commutarunt pro praedio ecclesiae Pragensis in villa monasteriali Cecyn.

1262, 1271. Areae in suburbio Pragensi cum aqua et duabus insulis, cum Nova civitas (sub castro) plantaretur, per cives ejusdem civitatis indebite fuerant occupatae.

1283. Ecclesia S. Nicolai „in suburbio Pragensi“, ecclesia S. Thomae „in suburbio Pragensi“ (Chron. Aulae Regiae.) — 1309 ecclesia S. Wenceslai „in suburbio castri Pragensis.“ (Tomek.)

Hospitale S. Joannis Hier. cum ecclesia B. Mariae V.

Pons Pragensis.

Properantes viri (vehentes corpus S. Wenceslai de castro Boleslav versus castrum Pragam) ad fluvium Wltaue pontem fractum reperientes, ingemiscunt . . . (Christannus).

1118. Haec fluvii Wltaue inundatio altius quam X ulnis super pontem excrevit; aliis namque temporibus tametsi hoc raro evenit, ut unda alluens vix tabulata pontis tangeret. (Cosm.)

1153—74. Judith regina . . Et quod supereminet omnes, Pragensis pontis opus imperiale! Quod etenim nullus principum, nullus ducum, nullus regum usque ad tempora vestra inchoare vel excogitare potuit, per vos infra trium annorum spatium perficitur. (Vincent.)

1159. Terra coronae juxta pontem secus aquam inter quatuor vias (ad condendam ecclesiam S. Mariae et monasterii S. Joannis Hier.).

1272. Pons confractus est Pragensis in medio fluminis Wltauae.

Suburbium in dextro littore Wltavae:

Saec. XII. Quidam miles nobilis nom. Wchyna, monasterio Ostrovensi contulit „terram ad aratrum cum curia, et hoc in confinio Pragensis suburbii“. — 1165. Daniel ep. reliquias Sanctorum in altari S. Andreae recondidit. Petrus abbas de Insula, constructor hujus ecclesiae.

Circuitus S. Martini: 1178. Soběslaus II. ecclesiae Wissegrad. dedit „circuitum in suburbio Pragensi, qui matris suae fuerat“. (Adelaidis, uxor Sobeslai I. 1140.) — 1187. Fratres canonici ecclesiae Wissegrad. „circuitum S. Martini in suburbio possideant perpetualiter“. — 1187. De circuitu, qui vocatur S. Martini et est canonicorum Wissegrad. in suburbio, omnis utilitas culparum super homines canonicis conceditur.

Forum.

1110. Privitan raptus per barbam ter circa forum ductus est, atque omni foro spectante relegatus est versus Poloniam in exilium. (Cosm.) — 1130. Soběslaus dux insidiatores vitae suae quosdam decollavit in foro Pragensi publice etc. (Cosm. Cont.) — Krivosud quoque et Wacemil et Albrecht super eadem conjuratione accusati et ardenti ferro probati divinoque judicio dampnati, in Pragensi foro miserabiliter sunt decollati. Miroslaus cum fratre Strezimiro et cum quodam medico omnibus membris in foro privati sunt. — Krivosud vero, patruus Miroslai, atque alii duo, Waczemil et Henricus, ad judicium destinati Pragae per ferrum incesserunt et sic ab omnipotente Deo damnati veraciter rei reperti sunt; tandem ducti ad forum cum securi decollati sunt. (Cont.)

Cf. Qui comprehensus fuerit hujus violator decreti taberarius, in medio foro ad palum suspensus depiletur. (Decr. rac. apud Cosm. 1039.)

Curia hospitum (Týn, Fronhof, Laeta Curia) cum hospili et ecclesia S. Mariae. 1100—1107. Curia mercatorum

hospitum, quae Tyn seu Laeta Curia vulg. nuncupatur. — XIII. saec. Curia hospitum — in medio civitatis. (1298.) — Kapla kupecká. (Hájek.)

Teutonicorum vicus cum ecclesia S. Petri.

Saec. XII. Theutonici qui manent in suburbio Pragensi — Per vicos Theutonicorum. – Domus et areae in eodem vico. — Nusquam debent jurare Theutonici nisi ante ecclesiam S. Petri (Privil). — 1215. Fratres (hospitalis S. Mariae de domo Teutonico) de vico Theutonicorum. – 1233. Constantia regina concepit fundare monasterium dominarum Pragae in ecclesia, quae dicitur S. Petri in vico Teutonicorum. — 1233. Coenobium S. Petri in vico Teuptonicorum a fratribus domus Teuptonicae pro 1500 marcis per Constantiam reg. comparatum, iterum exsolvitur. — 1281 in campis ante moenia civitatis in loco qui dicitur na Skytině, tanta fuit congregatio aquarum, quod naves possent a nautis deduci. Et haec aqua defluens ad ecclesiam S. Petri in vico Theutonicorum, intulit multa damna. (Cont.)

Synagoga Judaeorum.

1142. Synagoga Judaeorum et multa aedificia combusta sunt in suburbio Pragensi. (Cosm. Cont.)

Publica via et Vicus pauperum.

1115. Wladislaus I. monasterio Kladrub. contulit Pragae locum ad curiam et ad hospites ab ecclesia S. Michaelis usque ad ecclesia S. Petri (Zderasensem) et usque ad publicam viam. — 1186. Locum Pragae ad curiam et ad hospites locandos in loco, qui dicitur „pauperum vicus“ ab ecclesia S. Michaelis etc. et usque ad publicam viam.

1115. Ecclesia S. Michaelis.

1115. Ecclesia S. Petri in Zderaz.

Forum inter utrasque urbes.

1105. Svatopluk cum sex legionibus transvadantes flu[v] Wltawam infra villam, quae dicitur Bubni, applicuerunt [n]

sed invenientes clausas portas eadem via repedantes figunt tentoria inter utrasque urbes (Pragam et Wissegrad) in loco, ubi sabbato fiunt mercimonia. (Cosm.)

Ecclesia S. Cosmae et Damiani.

1178. Soběslaus II. fratribus ecclesiae Wyssegrad. dedit locum molendinorum primum, qui est sub ecclesia S. Cosmae et Damiani.

Vallis et Porta lupi.

1199. Agri hosp. S. Joannis Hier. locati infra quasdam vias, quae eandem terram versus occidentem terminant in valle ad villam Podskalé, versus orientem vero ad locum, qui vocatur Porta lupi.

Insulae et molendina intra pomoerium Pragense.

1135. Locus ad tria molendina usque ad insulam fluvii cum molendinatore Milic (dos ecclesiae Wyssegrad). — 1178. Locum molendinorum primum, qui est sub ecclesia S. Cosmae et Damiani, attinens ecclesiae Wysegrad.

(Secundum situm hic indicatum insula nunc dicta Ostrov Žofínský.)

Insula Travník. 1325. molendinum situm in fundo et ripa praepositi Melnicensis inter curiam praepositi sub monte Petrino et insulam dictam Travník.

(Insula, cui nunc nomen Ostrov Židovský.)

Insula superior. Saec. XII. Quidam miles nobilis nom. Wchyna monasterio Ostrov. contulit „terram ad aratrum cum curia, et hoc in confinio Pragensis suburbii, et locum insulae cum humulo, quod est in medio fluminis Wlitawe“. — 1281. Obstaculum retro curiam mon. Ostrov. (in littore nunc Vetero-Pragensi). — 1401. Molendinum et insula cum munitione inter molendina Carthusiensium (in littore nunc Smichoviensi) ex una et S. Georgii parte ex altera (in Kampa insula) situata cum ortis ibidem.

(Insula nunc dicta Ostrov Střelecký.)

nsula inferior. 1159 „Locum ad coronam regni perti-·tem juxta pontem secus aquam inter quatuor vias“ dedit ıdislaus ad condendum hospitale S. Joannis Hier. „ipsamque

aquam a superiore parte inferioris insulae usque ad pontem." — 1243. Inundatio aquarum in flumine Wltawiae, ita ut ecclesiae lapideae S. Petri, quae erat sub ponte in insula, pars media collisa est. — 1336. Insula sub ponte Pragensi in amne Wltava. — 1362. 1378. insula S. Petri infra pontem Pragensem, spectans ad archiepiscopalem mensam. — 1393. Insula, quae etiam est episcopalis. Ecclesiae S. Petri in insula sub ponte Pragensi patronus erat archiepiscopus.

(Hodie insula Kampa vocitata.)

Insulae duo et molendina sub castro Pragensi.

1262. Areae in suburbio Pragensi cum aqua et duabus insulis sitae, cum Nova civitas (sub castro Pragensi) plantaretur. — 993. Monasterium Brevnov habuit duo molendina sub ipso castro Praga. — 1342. Propter multitudinem arenae, quae impetu aquarum exstitit aggregata, fuit obstructus aquae meatus et amplius molendina ibidem haberi non potuerunt. — 1360. Hortus „na ostrově pod hradem Pražským".

Insulae arenosae et vadum ad Buben.

1282 insulae arenosae, ubi tempore pestis sepeliebantur funera. — 1105. Zuatopluc cum sex legionibus transvadantes fluvium Wlitavam infra villam Bubni, applicuerunt urbi (i. e. castro) Pragensi, eademque via repedantes figunt tentoria inter utrasque urbes (Pragam et Wyssegrad. (Cosm.) — 1249. Wenceslaus I. recessit de Wyssegrad et flumen Wltauam sub villa Buben cum omni exercitu suo transvadavit (Cont.) — 1240. Žižka sua tentoria fixit ante portam Porzicz in insula. (Coll. Prag.)

Insula ad Ovenec.

Withko comparavit insulam contra dom. Groznatam pro $^1/_2$ marca hereditario jure, cum adjutorio heredum domini Groznatae. Testes: Heredes regis z Holisovich, heredes dom. abbatissae S. Georgii de Ownech (1228 dipl. mon. S. Georgii.)

Pragensis provincia.

1130. Ecclesia Wyssegrad. habet decimam marcam de anni tributo in hiis civitatibus: Pragae, Wisegrad etc.

Castellani: 1048. Ctibor castellanus Prag. 1167 Budilaus, 1175 Mutina praefectus Prag. 1187 Velis cast. Prag. 1211 Boguslaus castellanus de Praga.

Villici: 993 villicus Pragensis, 1088 villicus Pragensis, 1115 et 1186 Pragensis villicus.

Prachatici via **cum teloneo.** (Prachatice, Prach. 368.)

Ca. 1088. Prahaticih via in omni justitia fuit ecclesiae Wyssegrad. 1130 dimidiam partem viae Prachaticih decrevit Sobeslaus I. fratribus habendam et dimidiam praeposito Wyssegrad. – Ca. 1228 nonum forum et teloneum in Prahatic habebat mon. S. Georgii.

Pracheň civitas et provincia. (Prácheň, Prach. 344.)

1043. Contigit ut Brecislaus dux, cum Poloniam gloriose sibi subjugasset victorque cum pace ad sua rediisset, cujusdam urbis quae Prahen dicitur, confinium causa venationis cum suis adiit. (Vita Gunth. Er.)

1045. Brecislaus I. domui Brevnov. contulit circuitum suum in Prahensi provincia, has villas cum hominibus et terris, silvis et pratis continentem: Hidchice et ibidem villam ejusdem nominis Hidchice cum flumine etc.

1228. In provincia Prahinensi: Welenowe, Kirlsci, Revnetici, Zamlinene, Wilscowici, Macarow, Bratronici, Na Pasejowe, Sewetinzko, Cegcowici.

Beneficiarii: 1184 Witcho castellanus de Prahen.

Prachny Ujezd. (?)

1115. Domui Kladrub. Willart dedit Vgezd prahni.

Prachovice. (Prachovice, Chrud. 164.)

Ca. 1086. Wratislaus rex mon. Opatov. ad villam Platimicz addidit „aquam Trenyzam a Roztok usque Prachouic". — 1244. Jachemirus de Prahouich cum filio suo Preduoj, testes.

Prčici. (Prčice, Ber. 258.)

1179 pervenit Fridericus in Pirtsith, ubi Conradum Moraviensem cum suis copiis invenit. (Gerlach.) — 1182. Witego de Purschitz testis.

Prělúč. (Přelouč, Chrud. 166.)

Ca. 1086 Wratislaus rex mon. Opatov. confert „Prelusc villam cum hospitibus et humulum et quousque ipsius villae campi protenduntur“ — Villam inter Mokussin et Priluesc, Opatouicz dictam. — 1228. Otacarus I. eidem monasterio confert „Przeulessie cum omnibus appendiciis suis“.

Prěseka (in silva liminari ad Lutomysl).

1167. Wladislaus II. monasterio Lutomyšlensi dedit „silvam totam a loco qui vocatur Preseca, cum pratis omnibus usque ad fluvium qui Zuitaua. — •1213 silvae succisio in ambitu terrae 1028 et inde, sicut intercisum est.

Přestavlky. (?)

Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in prov. circa castrum: Preztaulici.

Prětoka. (Přítoka, Cásl. 188.)

1131 villa episc. Olomuc. addicta episcopali curiae Jesutborícensi: Pretoci tota. — 1249. Bruno ep. Ol. propter amicitiam specialem villam in Boemia sitam, Prethoca, jure pheodali Gallo de Lewenberch viro nobili confert, cum universis attinentiis“. — 1250. Bruno ep. villam Prethoca vulg. nuncupatam, sitam in Boemia, quae ad sui episcopatus officium praedecessorumque suorum pertinebat, cum omnibus attinentiis abbati Sedlecensi et ecclesiae suae pro summa 70 marc. de consensu capituli venditit jure beneditario perpetuo possidendam.

Prěvlaka campus. (Privlaka = Pröhlig, Žat. 35.)

1168. Villa Dudlebei cum latissimo campo nomine Prevlaka et cum aqua Aegre tantae longitudinis spatio terminata, quanto est dicto agro continuata, possessio mon. Waldsass. — 1196. Possessiones in Boemia sc. Prevlac cum villis agris etc.

Primda castrum. (Přimda = Pfreimtberg, Plz. 396.)

1126. Eodem tempore quasdam munitiones Boemi reaec caverunt, quae sclavice Przimda, Yzgorelik. Tachow appellan (Cosm. Cont.) — 1148. Wladislaus I. filium Zobezlai in castr

Primda firmissime custodiendum transmittit. (Vinc. Chr.) — 1150. Filius Sobeslai, a suis quibusdam fautoribus castellano Bernardo de nocte interfecto et in inferiorem turris carcerem miserabiliter detruso, de carcere Primda evasit. — 1161. Sobeslaus in palatio episcopi Pragae capitur, catenatur, sui qua quis potest effugiunt, inde in castellum Primdan deducitur, Conrado Stvrm, cuidam tyranno carnifici, custodiendus committitur. — 1173. Odalricus, filius antiqui Sobeslai, frater junioris, satagebat de gratia caesaris impetrare fratri suo Sobeslao liberationem, qui jam fere tredecim et prius tribus annis vinculatus tenebatur in Prinda (Gerl. Chr.). — 1173. Sobeslaus Sturmonem castellanum de Primberg — capi fecit et Pragam deduci, dein manibus truncatum crudeli morte necavit.

Pripeť. (?)

Pripet cum Medvez, montes duo, inter quos aedificatum castrum Vlastislav. (Cosm.)

Pristúpim. (Přistoupín, Kúř. 233.)

Saec. XII. Miles nom. Asinus filius Hoze, mon. Ostrov. obtulit praedium, quod est Pristupymy.

Proboštov. (Proboštov = Proboscht 74.)

1173—78. Possessio, quam nob. Groznata cum Suadov et aliis villis vicinis contulit domui S. Joan. Hier.: Probostou.

Prosék. (Prosík, Kúř. 243.)

1115 vinea quae est sub Prosek, pertinens ad locum Izbrazlau, quem Wladislaus I. contulit mon. Kladrub.; item duo tornatores et unum piscatorem, qui pstrusník dicitur, cum dimidio amne ibidem. — 1179. Cunradus impetum in hostes fecit et non sine suo suorumque periculo Zobezlaum et suos in fugam oegit, quos (de loco na Bojišti) fugientes longe ultra Prosék persecuti sunt. (Gerlach.) — 1182. Frider. dux monasterio Waldsass. dedit curiam unam in villa Provwech, vicina civitati Prag.

Prosetin. (?)

1169. Wladislaus II. hospitali S. Joannis Hier. contulit silvam quandam usibus ipsorum necessariam juxta Olesnice. protendentem ... ad Procetin ...

Prosmyky. (Prosmyky = Prosmik, Lit. 42.)

Ca. 1057. Prosmiceh terra rustici Zaleslensis Ostaš, ministerialis eccl. Lutomer. — 1248. A lánové vsi Lovosic dlúhost a širokost držeti budú, kterúž drží lánové vsi Prosmyky jmenem.

Prosnice et Prosna silva ad Cerekvice.

1167. Wladislaus II. mon. Lutomyšl. dedit Zuabenice ... et silvam totam, quae dicitur Proznice et Prozna.

Prostoborici. (Prostiboř, Klat. 378.)

1115. Wladislaus I. domui Kladrub. dedit silvam inter duas aquas Msam et Msicham usque in Teutonicorum terram, exceptis 12 villis, quae antiquitus ibi fuerunt constitutae ... Prostoborici ... — 1247. Radozlaus cum filio suo de Prosthebor testis.

Protiva. (?)

1183. Theodoricus de Prodiva testis.

Protivice. (?)

Saec. XII. Matheus comes filius Nemoj omnia praedia sua moriens disposuit domui Doksan., praeter villam Protiwisih, quam uxori legavit.

Provincia—civitates—Boemiae.

Bechyně. — Bělina (Belinsko, Bělsko.) — Boleslav (Boleslavsko). — Bozeň (Bozensko). — Čáslav. — Děčané (Děčsko). Dřevíč. — Dúdlebi. — Gradec. — Chrudim. — Chýnov. — Kamenec. — Kamýk. — Kladsko. — Kúřim. — Ljubica. — Ljutomírici. (Ljutomirizko). — Ljutomyšl. — Mělník. — Měžsko. — Miletin. — Netolici. — Opočno. — Plzeň. — Praga. — Prácheň Rokyteň (Rokytsko.) — Sedlce. — Tetin (Tetinsko.) — Úřetov. — Vratislav. — Vratno. — Vyšegrad. — Žatec. — Železnica

Psar mons ad Wyssegrad.

1178. Soběslaus II. fratribus eccl. Wissegrad. dedit montem qui Pzar vocatur, totum ad vineam faciendam, cum hortis, qui sub eodem monte fuerunt quondam prata.

Psáře. (Psáře, Kúř. 231.)

1088. Pzarih terra eccl. Vyšegrad. ad IV manses cum scutellariis Ratibor, Gostata, Sobata, Křižan. — Saec. XII. villa Pzari mon. S. Georgii in prov. circa castrum Pragam.

Psáře. (?)

1045 villa in prov. Prahensi, quam Brecislaus I. cum Cravolusice contulit mon. Brevnov.

Pšov. (Pšovka, Bol. 84.)

Ludmila, quae fuit filia Slavoboris, comitis de castello Psou (not. quod nunc Mielnik dicitur). (Cosm.)

(Pšovka fluvius adhuc 1320 sic nominatus, hodie Šopka.)

Pšov. (Pšov = Schaab, Žat. 40.)

Villa canonicorum Prag., quam ab eis praepositus Martinus (1174—76) cambivit pro villa Posirouic, usibus fratrum hospitalis S. Joannis Hier. dandam. — 1186. Villam Psou, quam dux Fridericus a fratribus pro censu suscepit.

Pšované, tribus Boemiae.

Deinde ad aquilonem sunt termini episcopatus Pragensis: Psovane, Chrovati et altera Chrowati. (Cosm.)

Pulsnice rivus.

Saec. XII. Crawar, Meta possessionis Crawar.

Putim. (Putim, Prach. 330.)

1092—1100 Brecislaus I. mon. Ostrov. capellam S. Petri cum terra ad quatuor aratra. — 1140—58 Wladislaus junior, eidem monasterio dedit silvam adjacentem prope praedio S. Joannis B., quod vocatur Putim, ubi est ecclesia constructa in honore b. Petri.

adboř. (Radboř = Rothbern, Žat. 36.)

1115. Wilalmus addidit mon. Kladrub. patrimonium suum, ıuod fuit avi ipsius Pule, Ratbori cum pomerio.

Radčici. (Račice, Prach. 363.)
Saec. XII. Radscici villa mon. S. Georgii in provincia Netolicensi.

Radejovici. (Radějovice, Kůř. 230 aut Ber. 251.)
Saec. XII. Villa Radeiowici circa castrum, possessio S. Georgii.

Radonici. (Radonice, Žat. 36.)
1196. Hogir de Radoniz testis. — 1230. Nicolaus et Vitus de Radoniz.

Radotin curia et transitus super Mseam. (Radotin, Ber. 249.)
Ca. 993. Boleslaus II. mon. Brevnov. confert villam Na wranem cum hospitibus et ecclesia, ad quam de curia sua Radotyn decimam de omni proventu disposuit. — 1159. Wladislaus II. confirmat hospitali S. Joannis Hier. transitum, qui est super fluvium Msee ad villam, quae vocatur Radotin.

Radouani vadum. (Rodisfurt. Lok. 423.)
Wladislaus II. domui Doksan. contulit. saec. XII. Welichow a vado Radovani usque ad pontem paludum, quod mostišče dicitur, et sic ad montem Strany et ita in Egram fluvium.

Radovesici. (Radovesice = Radowiesitz, Lit. 44.)
Ca. 1176. (cf. 1226.) Domus Doksan. Radowisic curiam Chrenoni filio Juratae, cum annona, additis quatuor marcis argenti dedit in concambium pro patrimonio suo, quod habuit in Crawar.

Radujeň. (Radujen = Radaun, Lit. 76.)
Ca. 1057. Raduyne (Raduine) Gostessa rusticus cum terra, ministerialis eccl. Lutomer. — 1057 ibidem terram habuit Plativoj sutor niger de Lukovic, aliam habens Radvine (Raduyn.)

Radunici. (Radunice, Radonice Rak. 6.)
Ca. 1145. dux Wladisl. I. mon. Strahow. contulit „curiam suam Radunice cum omnibus appendiciis, vid. villis, servi

ancillis et aliis diversis corum pertinentibus. Nomina servorum haec sunt: 12, Ostoy pastor equarum, Celeb sutor, Radosta faber, Dedon, Stras tornatores picariorum. In eadem villa voluntarie sese servitio subdiderant: 4, Gogol hortulanus, 3. Hii vero sunt bubulci: 7, Bula ancilla etc.

Rakovici. (Rakovice, Prach. 391.)

1045. Brecislaus I. mon. Brewnow. dotis nomine confert „Racouicih octo homines". — 1186. Predota mon. Kladrub contulit terram suam w rakowici.

Rašín. (Rašín, Byd. 131.)

1135—39. Joannes ep. Pr. mon. Strahow. confert „Rassine totam villam cum silva;" ibidem equas dedit, „quas dicimus emissarias".

Raztyly. (Rastely, Prach. 336.)

Ca. 1088. Rastileh V manses cum ministerialibus possessio eccl. Wyssegrad.

Raztyly. (?)

1196. Monasterium Waldsass in Boemia habuit Neudorf quoque et Rozstil atque Olgostiz.

Rohatec. (Rohatce = Rohatetz, Lit. 43.)

1140—73. Wladislaus II. domui Doksanensi donavit villas Doczan, Mur, Rohatci etc.

Rohozovice. (Rozhovice, Chrud. 163.)

1131. terra Rogozouicih II (ad duo aratra) pertinens ecclesiae episcopali Olomucensi et adjacens curiae Jesutboricensi.

Rochov. (Rochow, Lit. 43.)

Saec. XII. Judita reg. mon. Doksan. contulit mediam partem villae Rochov.

…ceň, Rokycané, civitas et provincia. (Rokycany, Plz. 389.)

…146. villa Ssupa nomine juxta Rokezan sita. — 1177. Fri…cus episc. Prag. a duce Soběslao deservivit circuitum juxta Ro-

kizan. — 1130. Decimam marcam de annuo tributo Sobeslaus dux addidit ecclesiae Wyssegrad. in tribus his provinciis: Rokitnah, Csaslaui, Hinove. 1135. A tributanio Rokitnense XII. marcae. 1239. in provincia Roktenensi villae mon. S. Georgii: Slévici, Nezabudati, Skringe, Dragalčici. — 1275 in provincia Rokicensi: Vrbice, Bedlno, Očihovec, Březnice, Hluboky, Smurlo, Ochzhoucih, Brezniche, Hluboki.

Curtis episcopi.

1110. Mandat rex Henricus, ut interposita pace Borivoj et frater ejus Wladislaus, simul Hermannus praesul, atque filius Wigberti ceterique Boemiae majores natu, occurrant sibi ad curtem episcopi in villa Rokycan; quo cum secundum regis jussum advenissent, sine omni audientia Boirvoj et filius Wigberti capitur. (Cosm.)

Archidiaconatus. 1176. Zdeslaus archidiaconus.

Rokytnice rivulus.

Corpus S. Wenceslai (de castro Boleslao) ferunt, quod plaustro impositum usque ad rivulum quendam cui vocabulum Rokytzina est, perducunt. (Christannus.)

1039 ventum erat (de Polonia) Boemiam et prope metropolim Pragam castra metati sunt circa rivulum Rokytnicam, ubi lucescente die clerus et universa plebs cum processione occurrit, cujus longam seriem latus vix explicuit campus. (Cosm.) — 1091. Sine mora congregati sunt ad Bracislaum plus quam tria millia fortium virorum, et accelerantes metati sunt castra circa Rokytnicam rivulum, in crastinum parati contra regem (Wratislaum) committere proelium. — 1109. Eadem nocte Otto et Wacek comes, venientes de castro Gradec cum tribus scaris militum, castra metati sunt circa Rokytnicam rivulum; mane autem facto Wissegrad oppido applicuerunt.

Roveň. (Roveň, Bol. 109.)

1052 tributarii mellis eccl. Boleslav. in villa Raunen.

Roveň. (Rovné, Rak. 8.)

1194. Rowni praedium, cujus media pars erat fratrum hos S. Joannis Hier., et altera sororis Theodrici de Rouni, qu

alteram medietatem fratres argento suo compararunt, sc. 45 marcis examinati argenti. Quod praedium, quia propter sui vicinitatem valde necessarium erat episcopali curiae, quae dicitur Rudnice, dux-episcopus Henricus a fratribus accepit in perpetualem episcoporum Pragensium possessionem, decimas episcopales omnium villarum S. Joann. Hier. fratribus indulgens jure hereditario possidendas.

Roztok ad Platimic.

Ca. 1086. Wratislaus rex mon. Opatov. ad villam Platimicz addidit „aquam Trenyzam a Roztok usque Prachonic."

Roztoky. (Roztoky = Rongstock 58.)

1186. Villas quas Mesco hospitali S. Joannis Hier. dedit et frater suus Groznata pro annuali censu tenuit: Rostoki etc. — 1188. Nob. Groznata eidem hospitali villas fratris sui Mesconis coram duce Friderico resignavit. Sunt autem haec: Povrly, Rigici, Rostoki, Werece, Na ugesde.

Rozvad. (Rozvadov? Rosshaupt, Plz. 397.)

1115 et 1186. Apud Rozuad una mansio collata mon. Kladrub. a Wladislao I.

Rpety. (Rpety, Ber. 269.)

1186. In villa Repte mon. Kladrub. habuit pastores equarum duos, Buden et Maren.

Rúdnice, curia episcopalis. (Roudnice. Rak. 8.)

1184. Henricus ep. inveniens agros episcopales agris Georgii de Milevzk permixtos et hinc inde dispersos, eas in concambio dedit eidem Georgio, accipiens ab eo quatuor villas Chrastna etc., suum enim a curia nostra Rudeniz non longe aberat. — 1194. Henricus ep. praedium Rowni, quia propter sui vicinitatem valde necessarium erat episcopali curiae, quae Rudnice . . .

Ruzíň. (Ruzíň, Rak. 14.)

Ca. 993. Boleslaus II. mon. Brevnov. contulit villam Ruzen nom. cum campis et pratis ad ipsam pertinentibus.

Rybník ad Pragam.
Boleslaus II. mon. Brewnow. contulit „decimam de omnibus agris qui pertinent ad Rybnik".

Ryjici. (Ryjice = Reinlitz, Lit. 56.)
1186 et 1188. Villas, quas Mesco hospitali S. Joannis Hier. dedit et frater suus Groznata pro annuali censu tenuit, sc. Pouerl, Rigici, Rostoki, Werece, Na ugesde.

Řehly. (Řehly, Rak. 20.)
Saec. XII. Villa Reglech in prov. Prag., possessio mon. S. Georgii.

Řepčici. (Řepčice = Repsch, Lit. 72, 74.)
1057. Spytigneus II. fundans basilicam S. Stephani Lutomericii dedit ei XV villas, quarum nomina: Repcici etc.

Řepčici. (Řepčice, Kúř. 230.)
Saec. XII. Villa mon. S. Georgii in prov. circa castrum: Repcici.

Řepín. (Řepín, Bol. 83.)
1167. Rex Wladislaus domui Lutomysl. dedit praedium suum Repine.

Řepnice. (Řepnice, Lit. 48.)
1186. Bilek dedit monasterio Kladrub. tertiam partem Repniz.

Řestoky. (Řestoky, Žestoky, Chrud. 170.)
Saec. XII. Bracislaus I. mon. Lutomyssl. contulit Restoceh fabrum nom. Mucek cum filiis et filiabus.

Řešetáři. (?)
1088. Doti ecclesiae Wyssegrad. addidit Vratislaus II. silvas Lubica, Bazci, Resetarih, Chuoyne etc.

Řevnětici. (?)
Saec. XII. Villa Revnetici in prov. Prahinensi, poss. mon. S. Georgii.

Rjazy. (Řeže, Rak. 15.)

1088. Rasih terra eccl. Wyssegrad. ad aratrum cum ministeriali nom. Mares. — Saec. XII. Villa Rese mon. S. Georgii in prov. Prag.

Řikovice. (Řikovice, Chrud. 176.)

1167. Gertrudis uxor Wladislai II. dedit monast. Lutomysl. duas villas Kolodeje et Rikouice.

Řip mons.

Has solitudines quisquis fuit ille hominum — ut reor, circa montem Rip inter duos fluvios, sc. Ogram et Wlitauam, primas posuit sedes. (Cosm.)

Ejusdem temporis curriculo (Soběslaus dux) capellam in monte Rzip nuncupatam destructam reconstruxit, quam Zdik ep. c. 1126 consecravit. (Cosm. Cont.)

Sadová. (Sadová, Bydž. 113.)

Saec. XII. Sadowi villa mon. S. Georgii in prov. Gavransko.

Sadska curtis. (Sadska, Bydž. 115.)

1110. Indicta est generalis synodus cunctis principibus terrae Boemiae ad curtem Saczcam, quae sita est in medio pratorum. (Cosm.) — 1124. Progressus itaque Otto episc. Bamberg. de Praga abbatiam Setzkeam petiit. De Praga per Satischan (V. Ott.) — 1138. Dux Sobieslaus primi et secundi ordinis militibus suis edicit, ut quantotius Saczka ad se conveniant. (Cosm. Cont.) 1189 in Sazka, ubi convenerant abbates, clerici, monachi, milites tam de Moravia quam de Boemia ad audienda statuta ducis Ottonis. — 1235 et 1241. Wenceslaus I. morabatur apud Saceska etc. — 1249. Rex moram faciendo in Liutomierzicz cum suo exercitu iter arripuit procedens versus Saczska; tandem perveniens Saczska in sua pausavit munitione. (Cosm. Cont.)

E c c l e s i a S t i. A p o l l i n a r i s c u m p r a e p o s i t u r a a d u c e ;orivoj II. c o n d i t a.

1124. Abbatia Satzkea (Vita Ott.). P r a e p o s i t i: 1144. Pula, 160—76 Albertus, 1197—1202 Arnoldus, 1224 Martinus etc.

Sázava fluvius.

1178. Ab oriente terminus circuitus Svatavensis: Sazava. — Dux Udalricus coenobio adhuc ante susceptionem abbatiae donationem fecerat, flumen vid. subterfluens a Milobuz usque ad speluncam Zacolnica, cum pratis et silva circumjacente. Dux Brecislaus unum stagnum et structuram lignorum ad piscandum abbati contradidit. (Cont.) — 1140 flumen Sazawa XIII Kal. Dec., quod vadit juxta coenobium ejusdem nominis Sazawa, discerptionem passum est, plus quam 20 stadiorum longitudine a summo usque deorsum; molendinum ejusdem coenobii, quod ab antiquo nunquam defecerat aquis, tunc stetit in sicco. (Cont.)

Saec. XII. Naulum super flumen, quod dicitur Sazava, quod Pravota pro servitio meruerat a ducibus. — 1177. De Prčic versus Pragam proficiscentes circa Zazow, loco qui dicitur Widoahada (sic), noctabant duces cum exercitu. (Gerlach.) —

1045 flumen Zazoa ad castrum Gradek pertinens quatuor manses terrae incultae, frutecis tantum et arbustis occupatae ad decursum fluminis Zazoe ex utraque ripa et ipso flumine usque ad infusionem ad flumen Wltaua, alias camerae ducis spectantes, cum piscatoribus et lowczis ibi habitantibus etc. — 999. Sazaua locus, ubi fluvius Sazaua influit in Wltauam.

Sázava, coenobium Ord. S. Benedicti. (Kůř. 221.)

1019. Udalricus dux in honore S. Joannis praedicantis in heremo, fundat monasterium in Zazaw (Neplach). — 1032. Initium Sazauiensis ecclesiae (Cosm.) per primum patrem abbatem S. Procopium, Chotunensem dynastam. (Neplach.) Procopius tempore ducis Udalrici (1012—37) jecit fundamentum in nomine Domini et basilicam in honore B. Mariae et S. Joannis construxit. — 1070. consecrata est ecclesia in Zazoa in hon. S. Crucis. — Silvester abbas tempore sui regiminis capellam S. Dei Genitricis construxit (Chron. Saz.), quae dedicata est 1146.

Abbates: Usque ad annum 1053 Procopius, 1078 Vitus? Emmeramus? 1080—95 Božetěch, 1097—1134 Diethardus 1135—61 Silvester, 1161 Božata, 1162 Reginhardus, 120 Blasius.

Sázava villa. (Sázava, Kúř. 230.)
Ca. 999—1063. Boleslaus III. mon. Ostrov. confert de familia sua villas: Sazava.

Sedlce castrum et provincia (Sedlce = Zettlitz, Lok. 420.)
Termini episcopatus Prag. occidentem versus hii sunt: Tugozc... Zedlica. (Cosm.) — 1130 fratres eccl. Wyssegrad habuerunt decimam marcam de annuo tributo in his civitatibus: Sedlcih. 1088 decimam marcam de tributo per totam Boemiam, etiam Zedlcih. — 1165 et 1181. In silva ultra provinciam Sedlec ambitus a fonte rivi Helstre etc. — 1173—89 Fridericus dux in Zedlecensi provincia ab imp. Friderico domui Doksanensi obtinuit Woycowic. — 1196 in prov. Zedliz Codou et ultra eam provinciam meringen (i. e. circuitum, Újezd). — 1213. Villa, quae in Zedelecensi provincia Lichtenstat dicitur. — 1268. Hroznetin (Lichtenstat) in Cubitensi provincia.
Castellani. 1165. Zauise Sedlicensis comes.

Sedlce. (Sedlec, Lit. 44.)
Post 1057 Zedlce, villa ecclesiae Lutomer.

Sedlce (Sedlec, Ber. 261.)
999—1003 Boleslaus III mon. Ostrov. contulit de familia has villas: Sazava, Sedlce, Myechinicy. — 1037—55. Brecislaus I. mon. Ostrov. contulit villam cum hospitibus Sedlce.

Sedlce. (Sedlec, Kúř. 241.)
Ca. 1142. Dom. Miroslaus locum, qui dicitur Sedlec, cum omnibus quae attinent, mon. Sedlec. in perpetuum libere dedit.
Monasterium Sedlecense ordinis Cisterciensium. 1142. Miroslaus de primatibus Boemiae de claustro Waltsaxen conventum fratrum sibi impetravit committi et locum, qui dicitur Sedlec, Deo et S. Mariae in usus fratrum dedit.
Abbates: 1168 Gotpoldus, 1168 Hermannus, 1250 Cristannus.

edlce. (Sedlec, Plz. 407.)
Ca. 1193. Dětleb filius Gumpoldi tres villas contulit mon. Plas: Strasisce, Cedilice, Scernogat.

Sedlecko. (Sedlecko, Plz. 388.)
1181. Cacc comes de Zeleznice de pecunia pro villis Bicow et Wilcecow a fratribus Plasensibus accepta praedium quoddam nom. Zedlesco in usus suos comparavit.

Sedliščě. (Sedliště staré i nové, Plz. 397.)
1176. Soběslaus II. mon. Kladrub. tradidit prata in loco, qui dicitur Zedlissie, ex utraque parte fluminis integre.

Sedlo nové. (?)
1061—86. Wratislaus II. mon. Ostrov. dedit villam quoque, quae dicitur Noue Sedlo.

Sedlo staré. (Sedlo staré = Alt-Sattel, Plz. 403.)
1183 villas quondam ad Sathec pertinentes, jam diu fere desertas: Ztare Zedlo, Fridericus dux pro Borislau dedit fratribus hospitalis S. Joannis Hier. — 1185. Quarum villarum culta et inculta ipsemet praesens Fr. dux circuire fecit Groznatam, summum curiae venatorem, quam circuitionem „Jherusalem“ vocari praecepit.

Sedlo staré. (Sedlo = Sattel, Lok. 426.)
1115, 1186. Wladislaus II. domui Kladrub. dedit silvam inter Msam et Msickam, exceptis XII villis: Na ztarem Zedle, Staré zedlo.

Selmici. (Selmice, Chrud. 166.)
1142. Domui Sedlecensi a primo fundationis exordio possessiones collatae sunt a Miroslao fundatore: Selmice, Hothovici, Podolsani etc.

Senjacin. (Senětín = Újezdec, Čásl. 190.)
1130. Soběslaus I. ecc. Wyssegrad. ambitum quendam Senacin nom. dictum cum tribus aratris et omnibus appendiciis sc. hospitibus, aedificiis, terris cultis et incultis, viis et in[illegible] pascuis, silvis aridis et virentibus, venationibus, molendi[illegible] piscationibus et cum omni utilitate in jus fratrum trade[illegible] firmat et firmando tradit.

Senadici. (?)

1115. Domui Kladrub. dedit Senadicih Seteh ad unum aratrum.

Seslavci. (Seslavce, Chrud. 170.)

1131. Villa Sezlauci tota pertinens ad ecclesiam Olomuc., adjacens curiae Jesutboricensi.

Sezemici sive Vladislavici. (Sezemice, Bol. 93.)

1115, 1186 villa Wladizlauici-Sezemici, quam mon. Kladrub dedit Wladislaus I. plenam. — 1238. Regnerus abbas de Kladrub, fecit concambium cum Gallo filio Marquardi, de circuitu Vadislauitz sive Zezemitz. — 1239 in provincia Boleslav.: Sesemici, Radouanovici, Cobilí et Sovinici, villae mon. Kladrub.

Siloe, cognomen monasterii Želevensis (vid. Želivo).

Silva liminaris.

981. Slavnikonis principatus terminos habuit plagam ad australem contra Teutonicos orientales urbes terminales Chýnov, Dudlebi, Netolici usque ad mediam silvam; solis ad ortum contra Moraviae regnum castrum Lutomisl usque ad rivulum Svitaua, qui est in media silva. (Cosm.)

Termini episcopatus Pragensis versus occidentem sunt: Tugost, qui tendit ad medium fluminis Chub, Myza, Sedlica et Liusena et Dasena, Lutomerici, Lémuzi usque ad mediam silvam, qua Boemia limitatur. (Cosm.)

1175. Soběslaus instinctu Boemorum quaestionem movet de terris super magnam et finalem silvam cultis, quam mediam et interjacentem silvam Boemi dicunt esse totaliter suam, Austriensibus econtrario affirmantibus, quod ad eos pertineat ex parte sua sicut ad nos ex nostra. (Gerlach.) — 1185. Fridericus dux Hadmaro de Chuenringen „partem terrae nostrae Austriae adjacentem, Withra vid. cum silva a fluvio Losnitz usque ad alium fluvium, qui Stropnitz, jure beneficii concessit“. — 1221. Otacarus mon. Swetlensi confirmat

possessionem praedii Sahar ad portam terrae, ita tamen, quod ipsam silvam non exstirpent ad terrae nocumentum.

1088. Imperator deserit Ratisbonam et transiens per australem plagam via, qua itur ad Netolic, intrat Boemiam. (Cosm.)

1259. Terminus per montem Hradisch revertitur ex directo in minorem Wlitauich et ascendit in illo rivo usque ad altitudinem silvae Boemiam et Bauariam dividentem.

Saec. XIII. Pons in silva, in via Boemorum seu via Prahaticih. — 1074. Gebeardo (Jaromíro) episcopo ab urbe Roma revertenti, proceres, ejus clientes, occurrunt obviam sub ipso exitu silvae. (Cosm.)

1006—45. Guntherius monachus heremum inhabitare coepit ibique construxit cellam in Rinchnach et in ulteriori heremo, quae Preznich vocatur, moritur.

1040. Henricus II. imp. cum suo exercitu in silva prope Tugozc a Boemicis graviter sternitur a Bracizlao. (Grad. Opat.) 1040. Imperator pertransiens castrum Kamb admovit aquilas silvae, quae dirimit Bawariam atque Boemiam. (Cosm.) — Hinc et illinc spissa silva et impenetrabilia loca. — Munitio Boemorum.

1121. Quidam ex Teutonicis infra terminos Boemorum, in silva, ad quam itur per villam Bela, aedificavit castrum. (Cosm. Cont.)

1124. Otto ep. Bamberg. procedens de Vohendrezen ad Cladrunense coenobium venit, transito nemore Boemico. Per abbatiam Kladrun ventum est Pragam. (Vita Ott.) — 1306. In heremo ultra castrum Phrinpergk.

Quarta regio (territorii Lucensis), quae et silvana dicitur, est intra terminos fluminis Msa. (Cosm.) — Mežsko. — 1115. Wladislaus I. fundans monasterium Kladorubense, dedit ei totam silvam, quae est inter duas aquas Msam et Msickam, usque in Teutonicam terram.

1197. Henricus dux monasterio Teplensi a comite Groznata fundato contulit „terram, quae est inter Sandow et silvam Boemiae“. — Přemysl I. villam Sandowe, quae infra metas Boemiae comprehenditur, et terram usque ad silvam praefato monasterio

concessit jure hereditario possidendam. — Homines de Tepla et in toto circuitu circa silvam commorantes, quibus portam terrae et munire et custodire sufficiat, nullus pro reparatione viarum et silvae succisione in ambitu terrae molestare praesumat.

1181. Wladislaus II. monasterio Waldsassensi contulit in silva ultra provinciam Sedlec (teutonice meringe) ambitum, quod sclavonice vgezd dicitur a fonte rivi, qui vulgo Helstre inferius usque in rivum, qui vulgo Iwinbach, etc.

Saec. X. Ab introitu silvae (super Mlidavam) usque ad exitum ejus — 40 miliaria per montes et inpervia loca. Ab exitu silvae per longum pontem ducentem super paludem duo circiter miliaria — unde ad civitatem Pragam. (Ibrahim Ibn Jacub.)

1203. Premysl I. monasterio Osec. remittit commune jus vectigalium, quae solent dare exeuntes in Copwicz, et ne quis conprovincialium liminarem silvam praedio eorum contiguam ad aliquos usus praesumat succidere.

1107. Svatopluk dux mox coadunato exercitu veniens sub ipso introitu silvae juxta oppidum Hlumec convocat proceres et satrapas. (Cosm.) — Otto ordinans ex electis militibus sex legiones, noctu transcendentes montes, mane diluculo irruit in castra Boriuoj. — 1113. Soběslaus tenuit viam volens per Zribiam transire in Poloniam: Cumque transisset silvam, occurrit ei praefectus de castro Donin. (Cosm.) — 1123. Wladislaus I. et Otto transeuntes silvam, metati sunt castra circa oppidum Guozdecz. (Cosm.)

1195. Nuntius Svatoslai ducis Russorum ultra castrum Glogov venit usque ad silvam boemicam „do češskago lesa". — „Pustinja mežu Ljachy i Čjachy, gdě Svatopluk gonim Božiim gněvom izpoverže zlě život svoj; jest-že mogila jego v pustini i do sego dne; izchodit-že ot neja smrad zol". (Ann. Russorum.) — 1143. Custodia, quae vulg. dicitur straža (ad villam Lužane et Vgezd). — 1249. Fratres eremitae Krešov-Borenses a monte Camena Gora „tenebunt metas silvarum cum fratribus de Poliz usque ad terminos Boemorum".

1110. Post victoriam apud rivulum Trutina obtentam Poloni revertentes paulatim ad silvarum introitum pervenerunt. Cum autem ad silvas tanta multitudo pervenisset neque loci notitiam neque viae vestigium habuisset, unusquisque sibi viam per devia faciebat et hic signa vel ordinem retinere jam nequiebat. Obstrusam enim viam, qua venerant et omnes alias audiebant, et ideo per viam aliam, non capacem tantae multitudinis, rediebant. (Mart. Gall.)

1213. Circuitus vasta horrens solitudine, qui Policz dicitur, super flumen Medhuje usque ad fluvium Stenawa, quem frater Vitalis ipsam silvam exstirpando inhabitalem fecerat.

1068. Ventum erat ad custodiae portam (apud Dobeninam), qua itur in Poloniam. Et quia jam altera pars militum processerat in silvam, videns dux quasi se destitutum etc. (Cosm.)

1167. Wladislaus II. monasterio Lutomyšl. pro augendo Dei servorum numero totam silvam, agros et omnia prata usque ad rivum Zlupnice contulit, silvamque totam a rivo jam dicto usque ad flumen Treboua, et de hinc quousque fines Boemiae protenduntur, in dotem ecclesiae contradidit.

981. Rivulus Svitawa, qui est in media silvae. (Cosm.) — 1055. comites Moraviae duci Svatopluk jam ultra portam custodiae in agris Grutou obviam veniunt (Cosm.) — 1105. Borivoj dux prosecutus est copias fratris sui Suatopluk, a Praga versus Moraviam recedentis „a longe usque ad introitum silvae.“ — Post advenienti sub ipso exitu silvae juxta oppidum Lutomisl, Wacek cum Mutina occurrunt. (Cosm.) — 1088, 1130 et 1167. Porta terrae na Trstenici.

1167. Wladislaus II. monasterio Lutomyšl contulit circuitum, qui dicitur na Lubném, cum pratis omnibus, quae na Poličkách, et silvam totam ab ortu Desne usque ad fluvium qui Zuratka, statuentes, ne dom. abbas ejusque successores unquam aliquibus hominibus villas in ipsa silva ponere aut quispiam operis ad usus proprios elaborare consentiant.

1144. Circuitus Ljubjac in silva, quae interj[illegible] inter Cazlauensem et Brinensem provinciam, in [illegible] parte habitabant homines, qui vulgo stráž appellantur, q[illegible]

erat officium quandam viam custodiae, ne cui pateret transitus terram B. ingrediendo vel exeundo.

1101. Udalricus cum Lutoldo magna undique coartati angustia, per angustam viam et nimis arctam semitam, qua itur trans silvam ad Gabr, noctu maturaverunt fugam. (Cosm.)

1233. Borek silva, cujus termini sunt: A dextra parte viae Humpolecensis, qua itur in Moraviam per montem Rozsochatec, et ab ipso monte ad viam, quae vocatur Na Haber, ac per eandem viam Na Haber usque ad rivulum Smrična, qui Gyglawam influit etc.

Silva nortica, nortwalt.

Primus fundator abbatiae Zwettel (boem. Luminosa) terram in nortica silva a Leopoldo duce Bavarico in feodo habuit (Stift. Buch Zwetl.) — Ze Zwetel in dem nortwald. — Hadmarus ecclesiam S. Petri ap. in antiqua Witra fabricavit pluresque ecclesias in nortica silva instauravit. (Ib.) — 1096. Leopoldus dux divisionem fecit silvae Nortwald ca. amnem Cremisiam.

853. Hludowicus rex mon. S. Emmerami Ratisponensi confirmat possessionem bonorum infra duo flumina i. e. Agastam (Aist) et Nardinam (Naarn) a locis, ubi ipsa in Danubium fluunt et ita usque in Nortwalt, in hanc partem silvae sine termini conclusione.

1010. Heinricus rex abbatissae mon. Patav. largitur portionem silvae, quae vocatur Nortuualt, a fonte fluminis Ilzisa, sursum ad terminum praedictae silvae, qui separat duas terras, Baivariam et Boemiam.

1019. Oratorium, quod Guntherus eremita longe ab habitatione hominum in Nordwalde in honore S. Joannis B. construxit. — Nobilis quidam Guntherius heremum Nortuualt intravit, hancque colere coepit. — Ecclesia in Nortuualde a Gunrio constructa Rimichinaha dicta

1194. Otto episc. mon. Prieflingensi delegat de nemore suo ɜus Kranach, quod vulg. dicitur Nortwalt" 80 manses exendos.

Sjurěvici. (Siřovice = Schirzowitz, Lit. 47.)
Saec. XII. Mon. S. Georgii in prov. Lutomer. habuit villas: Surevici.

Sitno. (?)
1115. Mon. Kladrub. aratores habuit hos cum filiis et filiabus: Zitne Chaua. — 1235. Wenceslaus I. domui Kladrub. partem villae, quam habuit in Zitna, cum pratis etc. contulit.

Skala munitio. (Skála, Klat. 385.)
1178. Soběslaus II. fugit versus Scalam, quam munitionem, amissa etiam Praga, non amisit, faciens de ea contra Fridericum, quicquid potuit (Gerlach). — 1179. Soběslaus, amissa Praga, perdita Boemia, in sola se Skala refovebat, quam deinde Fridericus per totam obsidens aetatem, tandem in fine anni 1179 recepit. Eam quam Imperatori pecuniam promiserat magnam, de ipsa munitione misit. (Gerlach.)

Skala silva ad Únětic.
1132. Silva Scepene cum campo, silva Scala cum campo.

Skalica. (Skalice, Lit. 74.)
Saec. XII. Wladislaus II. domui Doksan. dedit Skalice et Ledci cum silva.

Skalica, Újezd. (Skalice et Újezd, Hrad. 136.)
Ca. 1143. Joannes ep. Prag. (1135—39) mon. Strahov. contulit „Vgezd, quae Skalica dicitur“.

Skalka ad Kravaře.
Saec. XII. Crawar a signis Obless usque ad Scalca et iterum Scalca et tertium Scalca, deinde via ducens in Tynec.

Skapci. (Skapce = Kapsch., Plz. 395.)
1115. Lutorad dedit mon. Kladrub. terram ad aratrum Scapc. Reinhardus abbas emit particulam villae nom. Zcap a vidua quadam, uxore v. Lutoradi, pro XVI marcis, alque particulam ejusdem villae apud militem nom. Mareš

XVI marcis; et ab alio nom. Sdoň, in eadem villa emit particulam pro XIII marcis.

Skodra. (Skodra, Prach. 352.)
1045. Brecislaus I. domui Brevnov. in Prahensi prov. contulit has villas: Crainice et Scodru etc.

Skochovici. (Skochovice, Ber. 249.)
Saec. X. Boleslaus II. fundans mon. Brewnov contulit Scochowicz piscatores cum ipsa villa, cujus termini sunt Cralowa hora et duo rivuli Dubna et Sala cum flumine Wltava, et ex altera parte fluminis ejusdem a Bu..vnyce usque Cresmna et usque viam, qui dicitur Slapcice.

Skramnik. (Skramník, Kúř. 234.)
Ca. 1052. Brecislaus I. coenobio Sazaviensi villam Zcramnik possidendam contradidit.

Skršici. (Skršice = Skyritz, Žat. 27.)
1183. Villae quondam ad Sathec pertinentes, jam diu fere desertae: Ztare Zedlo, Skirsici etc. collatae sunt domui Kladrub. pro Borizlau.

